inuent⁹ ẽ. Mẽdose acer p a caro ĩ aliis codicibus reperio. At qm̃ fidẽtin⁹ cũ p̃ceptor hoc loco dãnat me de
prauate codicẽ Plinii.nec usq̃ extare carũ fuisse delatorẽ:audiat Mar. Ecce reum carus te detulit.adsit agel
lus. Nec aliter conueniret:nã ut proposui oñdit Iuue.delatorẽ etiã delatores ipsos timere apud pricipẽ qui
eos admodũ ũplectebat.de eodẽ caro Mar. O cui uirgieo flauescere cõtigit auro. Dic ubi palladiũ sit tibi
care dec⁹. Thimele:pria fuit q̃ saltationẽ scænicã instituit. Plutarchi uero iterp̃s uerbo græco thimelẽ Ne
roni, p saltatiõe reddit:eiusdẽ nois uxor latini:q mimm⁹ fuit Domi.auctor Trãql.nã ei⁹ iocis & pãniculi
& thymeles oblectabat ĩpator. Mar.q̃ thymelẽ spectas derisorẽq; latinũ. Illa frõte p̃cor carmia nr̃a legas.la
tino aũt ait timeri delatorẽ:ut oñdat:ne mimmũ qdẽ ip toris q̃uis ei iocũdissim⁹ sit delationib⁹ tutũ eẽ:sed
oportet eũ clã mitter thymelẽ uxorẽ ad eũ placãdũ. ¶ Sũmissa:ego ñ itelligo supposita ad libidinẽ:q.n.
forma erat in thymele minima ut expeteret. Sed sũmissa.i.clã missa ad delatorẽ placãdũ iocis:nolebat.n.
uideri latin⁹ timere apud iperatorẽ. ¶ Mũere palpat:munerib⁹ cõciliat:nã palpare tractare est: & lenire.
Absoluta iã est a Iuue.cã satiræ scribẽdæ quæ erat pp fauorẽ principis in delatores:eos repssit Titus. eos-
dẽ in initio impii Domiti.sed postea eosdẽ ita excitauit:ut hæc eo Trãquil.scribat. Bona uiuoꝝ & mortu
orũ usquequaq; quolibet & accusatore & crimie corripiebant. Satis erat obiici qualecũq; factũ dictũq; ad
uersus maiestatẽ pricipis. ¶ Sũmoueãt:te sibi cedere cogãt. ¶ Qui testaméta:alia idignatiõis cã: q͡ꝫ turpi
q̃stu & uetulaꝝ cõsuetudie multi diuites fiebãt:nã cũ illis decrepitis & pruriẽtib⁹ officiũ p̃stitissẽt.hæredes
postea scribebãt. Mar.i Caridemũ:q amissas opes ita uolebat repare. Nũc sectaris an⁹ o q̃tũ cogit egestas.
Pluria p̃terea Mar.epigrãmata uetulis pruriẽtib⁹:& futui cupiẽtib⁹ illudũt. Hũc totũ locũ ad Othonẽ re-
ferri pridiculũ ẽ:q͡ꝫ.s.ille p aulicã anũ decrepitã isinuat⁹ sit nerõi. In oẽs dr̃ q eo q̃stu locupletabãt ut dixius
& merebãt testaméta:q̃ de Othõe nõ p̃nt itelligi nõ.n.fuit illi⁹ anus hæres:p̃terea ait nũc.i. ætate nostra.
¶ Car⁹:de hoc uelut delator:Mar. Ecce reũ car⁹ te detulit:at sit Agell⁹:& alibi de Caro. O cui uirgieo fla MERV.
uescer cõtigit auro:dic ubi paladiũ sit ibi care de⁹. Sed poti⁹dixeri de metio caro hic itelligendũ eẽ. ¶ Ra
ptur⁹absũptur⁹uoratur⁹. ¶ Nobilitate comesa.i.d nobilib⁹iterẽpt⁹ & absũpt⁹. ¶ Trepido:timẽti. ¶ Thi
mele sũmissa latio. Latinũ hũc facilẽ & idulgentẽ uxori adeo legim⁹:ut eã ipse aliis p̃stituerit: & a mœchis
nõnũq̃ cederet.adeoq; notũ erat tymeles adulteriũ:& ipsi⁹latini opprobriũ:ut de illis noua iduceret p̃sõa
a mimographis ĩ scænã:uñ Mar.i.i.epi.ad Cæ. Qua thymelẽ spectas derisorẽq; latinũ, Illa frõte p̃cor caria
nr̃a legas:& ad marianũ. O q̃ dign⁹eras alapis mariane latini: Te successuꝝ credo ego paniculo: De tyme
le.n.plura dicem⁹quũ illuc enarrabim⁹:zelotyp⁹ themeles. ¶ Sũmoueãt:ab hr̃ditate repellãt. ¶ Testa-
mẽta:bõa p testm̃ legata. ¶ Noctib⁹:cõcubitu nocturno:nã mr̃es multe erãt:q̃ ut pupillos hr̃ditate frau
darẽt:legabãt bõa iis:cũ qb⁹p noctẽ coiuissent. ¶ In cœlũ:ĩ fastigiũ diuitiaꝝ:& est sũpt⁹ s̃mo de media lo
q̃ndi cõsuetudie. ¶ Processus:p̃fect⁹ & augumenti. ¶ Vesica:uulua. Nã ut Ply.notat ĩ fœminis uulua
cõiuncta est uesicæ. ¶ Beatæ:diuitis & opulentæ:& ĩ gener dictũ est. Nã hmõi mulieꝝ amore & g̃ra pri
cipũ diuitiæ cõparabant. Otho.n.libertinã Aulicã gratiosã:quo efficaci⁹coleret ẽt diliger simulauit:q̃uis
anũ & pene decrepitã p hãc isinuat⁹ Neroni:facile summum iter amicos locũ tenuit cõgruentia moꝝ.
¶ Quod supest:qa multos p̃scripsit. ¶ Supest:restat reliquu; est. ¶ Quod supest.nã maiorẽ ptem iã pro VAL.
scribi fecerãt ut soli ĩ hæreditatib⁹ grassarent. ¶ Quẽ Massa timet.massa:ut Probus iqt:morio traiani fuit
Pli.tñ ĩ epistolis.affui beticis iqt cõtra bebiũ Massã.& tacit⁹ ĩ historia. Bebius Massa p̃curatoribus Aphri-

cæ iā tū optio cuiq; exitiosus. Quē mūere palpat carus. Carus inqt ꝓbus nanus fuit traiani. Plinius aūt i epistolis metiū carū quēdā noiat. ¶ Palpat. blandit: unde palpones: Plautus i amphitriōe thimidā palpo p cuit. Thymele summissa latio. Latius actor fuit. i. mimmus. oēs āt hi fuerūt: ut mea fert opinio: libertinæ cōditiōis: ac sub Nerone delatores: latinus: īquit ꝓbus q̄si cōscius adulteriorū messalinæ occisus est a Claudio. Thymele rogabat Heliodorꝫ ipsum eūq; placabat adulteriis. unde Martialis. Qua Thymelem spectas dīrisorē latinū. Illa fōte p̄cor caria nr̄a legas. Sūmoueāt excludāt a testamēt. ¶ In cœ. ad sūmas opes. ¶ Vetulæ uesica beatæ: qui libidinosā faciet uetulā: idq; generaliter dictū crediderī potius q̄ ut aniculam itelligat neroni amicissimā: ob quā Otho amore ficto summū imperiū dicat̄ adeptus. qd mihi nō liquet.

ANT. MAN. — Assis partes. xii.

¶ Vnciolā ꝓculeius hēt. ii. lib. institutionū de heredibus īstituēdis ita scribitur: hereditas plerūq; diuidit̄ i. xii. ūcias: q̄ assis appellatiōe ꝯtinent̄. hn̄t. n. & hæ ptes ꝓpria noia ab ūcia usq; ad assem: utputa hæc. Decūx. Sextās. Quadrās Triēs Quincūx. Semis. Septūx. Bes. Dodrās. Dextās: As. Ea uero oia carmib⁹ mēoriæ gr̄a notaui qbusdā. Denotat as librā: Sextās bina ūcia fert. Tres retiet quadrās. sed q̄ttuor adde triēti. Quincūx qnq; tenet. uerꝫ sex semis hēbit. Septūx dat septem. Bessis: bes siue: dat octo. Dodrās qppe nouē Dextāsq;: Decunxue: decē fert. Rite decē atq; unā: scito retier deūcē. ¶ Inguinis mēbri genitalis. Inguia aūt sūmæ ptes coxe

Vnciolā proculeius habet sed gillo deuncem
Partes quisq; suas ad mēsurā inguinis hæres.
Accipiat sane mercedē sanguinis: & sic
Palleat ut nudis pressit qui calcibus anguē
Aut lugdunensem rhetor dicturus ad arā:
Quid referam quanta siccū iecur ardeat ira:
Cū populū gregibus cōitū p̄mit hic spoliator
Pupilli ꝓstantis: at hic damnatus inani

Sperma quid — coitus uitandus. — timentes cur pallent. — Lugdunum — Arar — Rhodanus

dicunt̄. Mercedē sanguinis: nimio. n. coitu sanguis emittit̄: nā cū spma: ut Auice. scri. fit pri⁹ sanguis magis digestus & magis subtilis ex supfluitate digestiōis q̄rtæ: & ide ī testiculis dealbet̄: nimio coitu dealbari neqt. hic sanguis emittit̄ necessario. Docet ēt dict⁹ auctor: ꝙ oportet ut deuitet̄ coitus mēstruatæ coit⁹ uetulæ: & ægræ: & illius q̄ nō nup coiuerit: & coitus uirginis: debilitat̄. n. uirtus mēbrorꝫ coitus ꝓprie. Palleat: pallescūt timentes: qm̄ natura uisq; corpis improuisa ueret̄. ne qd extrinsec⁹ patiat̄. & ipse quēadmodū nos quoq; in domū ꝓfugimus: ita ipsa fugit tuēdi sui gr̄a. ītra corp⁹: cōtrahit aūt secū sanguinē quo utit̄ nutrimēto atq; uehiculo. Idq; ērat: qd roseā rubicūdāq; cutim reddebat. auctor ē Alexāder ī ꝓblēatibus. ¶ Lugdunēsem arā: munacius plācus Cicerōis discipulus: orator: quū galeā comatā regeret: lugdunum condidit ut scri. Eusebius. Stra. aūt docet li. iiii. ꝙ ubi Arar amnis rhodāo cōmiscet̄ Lugdunū i colle cōditū ē: ꝓpe uienā. Tēplū ān urbē ab uniuersis gallis cōi designatū īpensa: & Augusto cæsari dicatū erat ubi fluuiorꝫ ē coitio. Aderat itē ara dignitat eximie. Alia subīde īgēs locata erat. Sueto. aūt de caligula scri. ꝙ i gallia lugduni certamē græcæ latiæq; facūdiæ īstituit. quo certamie ferūt uictorib⁹ p̄mia uictos cōtulisse. Eorūdē & laudes cōpōere coactos. Eos āt q maxie displicuissēt: scripta sua spōgia: ligua ue delere iussos nisi ferulis obiurgari: aut flumie ꝓxio mergi maluissēt. Oratores igit̄ illic dicturi pallebāt supplici metu.

Iecur — colera — Irus

¶ Quid referā: diuerse īdignatiōis cāæ exponunt̄. ¶ Siccū iecur ardeat ira. id pp colerā quæ calida ē: & sicca. Colera aūt ab ipso epate ad fel transmittit̄. ex q̄ ira mouet̄. hic colerici facilius irascunt̄ pp hūoris tenuitatē. Spoliator ī oēs pupillorꝫ spoliatores accipi pōt. de iro tn̄ satyra. x. lu. ait. Quot basilus socios quot circūscripserit irus pupillos. Prostantis: in q̄stu ꝑ meretrice publice stātis ob pauptatē. Oui. li. i. de amoribus Quid puerꝫ ueneris p̄tio ꝓstare iubetis? Et li. ii. de pōto illud amicitiæ quōdā uenerabile nomē ꝓstat & in q̄stu ꝑ meretrice sedet. Et ꝓstibulū dicit̄: ꝙ ān stabulū stet q̄stus diurni: & nocturni cura ut Marcellus scribit. Ast hic dānat⁹ carpit iā impudētes & nihil infamiæ inanisq; iudicii curātes: salua pecūia. Quid enī ait quid enim scilicet est? quasi dicat nihil.

DOMI. ¶ Arā lugdunēsē: ex historia hoc dr̄. nā Caligula certamia oratorꝫ in gallia instituit ad lugdunū ea lege: ut uicti uictorꝫ laudes cōpōerēt: & q maxie displicuissent spōgia liguaue scripta abstergerēt nisi maluissēt aut ferulis obiurgari: aut ī ꝓximū fluuiū mergi. Oratores igit̄ illic dicturi pallebāt ꝓpositū suppliciū timētes. Nō tn̄ inqt Iuue. pallidiores erāt his q sanguie exhauriunt̄: dū prurietibus uetulis operā p̄stāt. Dixit aūt aram: qm̄ lugdunū cū oppidū eēt Augusti: & duæ aræ: altera eximiæ dignitatis: de q̄ nūc loquitur nā illic titulus erat inscriptus quiquaginta gētiū: & similis statua una erat locata. hæc ex Tranqllo & Strabone. Addit eusebius lugdunum cōditū fuisse a Trebatio. ¶ Proculeius: uir optius cui⁹ meminit Hor. qui eques Romāus tāte pietatis in fratres fuit ut bona cū his iterū æqua portiōe diuiserit: cū bellis ciuilibus attriti paupes eēnt. Hic pro optio uiro & minime mētulato ponit̄. ¶ Gillo: ꝑ mētulato: Maro: & Titus apud Marti. ¶ Spoliator pupilli: ī oēs spoliatores pupillorꝫ hoc dicit: & numerus singularis ꝑ plurali ponit̄: in hoc notat̄ Irus quidā ficto noie. Quot pupillos circūscripserit Irus. quis hoc cōmode possit uideri dictū ī eos q uiduas hēntes liberos adulterorꝫ blāditiis spoliabāt. ī quo carpit̄ Galla a Mar. Cū placeat philetos tota tibi dote redēptus Tris pateris natos galla perire fame. Atq; hoc cū supioribus cōueīt: q̄ de uetulis dixit. ¶ Spoliator pupilli: dū matrē. s. uiduā exhaurit bōis. ¶ Prostantis. nam paupertate cogitur turpitudinē corporis quæstum facere.

MERV. ¶ Vnciolā proculeius hēt. Tota hæreditas in duodecim partes diuidebatur: Quarꝫ minima dicebat̄ uncia ab uno. Tū extās: quod sexta pars assis eēt: Quadrans: quarta. Triens: tertia. Quicūx a numero unciarū. Semis dimidiū assis: Septūx a septē & uncia: bes dēpto triente: Dodrās quadrāte. Dextās sextante dēpto. Deunx una sublata uncia. Tum as qui duodecim continebat: Vnde habemus ex asse hæredem fecit id est

totius hæreditatis. ¶ Mercedē sanguinis. Aiunt Physici semen humanū sanguinē esse concoitū. ¶ Lugdunensem rhetor dicturus ad arā. Non minus intēperanti coitu pallescit: q̄ orator ad arā Augusti Cæsaris in lugdunēsi gallia oraturus. Et per transitū tangit ludos: quo in gallia lugdini misellos edidit Germāicus Cæsar: Vbi certamen quoq; græcæ: latinæq; facundiæ habitum fuit: ut Suetonius tradit. Quo certamine ferūt uictoribus premia uictos cōtulisse. Eorundem & laudes cōponere coactos: Eos āt qui maxime displicuissent: scripta sua spōgia: lingua ue delere iussos: Nisi ferulis obiurgari: aut flumine proximo mergi malluissent. ¶ Arā: hanc aram calen. Augusti: lugduni primū Augusto dedicatā fuisse accepimus. Quo die donatus est Claudius: Iulio Antonio & Fabio aphricano consulibus. Strabo uero Geographus scribit templum ab uniuersis gallis communi designatum impensa: Et augusto Cæsari dicatum ante lugdunum ædificatum: Vbi fluuiorum est coitio & aram eximiæ dignitatis fuisse gentium sexaginta numero inscriptū habens titulum earumq; singularum statuam unam. Aliamque subinde ingentem locatam aram tradit. ¶ Spoliator pupilli prostātis. Vtrum in genere dictum sit: an specialiter: parum liquet: nisi forsan Ceciliū Classicum designauit: qui orphani pupilli bona fidei & tutelæ suæ crediti surripuit: tum eum prostituit: ut auctor est plinius in epistolis. ¶ Ast hic damnatus inani iudicio. Tum corrupta: tum uana demonstrat iudicia. Quibus leui quadam infamia: non pecuniaria pœna: noxii mulctabantur: qui dedecus: & ignominiam: re salua non timebant: quod in Mario prisco potuit. Qui natione bethycus Africæ præfuit: bonaq; prouincialium diripuit immaniter & sæuiter: Sed accusatus: non pecunias restituit: sed tantum ordine senatorio motus est. Itaq; saluis pecuniis: & si curia sum motus foret accersito tempore cœnæ genio indulgebat.

¶ Sed gillo deuncem. i. dempta uncia ex asse: sic. n. libra uel as diuiditur ut post duodecim uncias sequatur deunx unciæ undecim: dextās unciæ decem: dodrans unciæ nouem: Bes unciæ octo: Septunx unciæ septem: Semis media pars libræ: quicunx unciæ quinq;: triens unciæ quattuor. quadrans unciæ tres: sextans unciæ duæ: unciā quinetiam totum omne in partes æquales uolentes aliquod diuidere ueteres ut hæreditatem & quiduis simile id assem appellantes uncias atq; hiis appellationibus nominarūt: unde illud Plinii de luna locuti haud dubium est licere dodrantis semuncias horarum ab secunda adiicientem usq; ad plenum orbem ac frequenter ita ipsum & alios latinæ linguæ auctores locutos inuenies. ¶ Et sic palleat: exanguis nimia coitus consuetudine: aut nimia expectatione hæreditatis: aut metu adulterii. ¶ Nudis presslit quia calcibus anguem: sumptum hoc a Virgilio est cū inquit. Obstupuit: retroq; pedem cum uoce repressit. Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem Presslit humi nitens trepidusq; repente refugit. Aut potius ab Homero propter illud palleat. in tertia enim iliados ita reliquit. ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα, ἂψ δ' ἀνεχώρησεν, ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειάς. ¶ Aut lugdunensem rector dicturus ad aram: hoc in commentariis leges apud Cæsarem. Lugduni enim galli oratores quotannis concionem habere solebant: considebant in secreto loco: & qui controuersias habebant undiq; conuēiebant: eorūq; iudiciis decretisq; parebant: disciplina hæc in britānia repta atq; inde in galliā translata eē existimatur. ¶ Quanti siccum iecur ardeat iram. Aristo. irā diffiniens ita inquit. οἱ μὲν ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, οἱ δὲ ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος καὶ θερμοῦ. τούτων δὲ ὁ μὲν τὴν ὕλην, ὁ δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸν λόγον: Si iræ duplex diffinitio ē huiusmōi ut altera speciem ipsam & rationē demōstret hoc pacto ut dicatur aut ira est ultionis appetitus: aut succēsus ad cor sanguis: quo pacto dictum est iecur ardeat: a uicino igitur sumptum hoc intelligatur: ut p̄ corde iecur positū sit: nisi q̄d in timeo docet Plato. iecur adeo homini factum quid iucūda & amara contineat hiis uerbis. θεὸς ἐπιβουλεύσας αὐτῷ τὴν ἧπαρ τὶς ἰδέαν ξυνέστησε καὶ ἔθηκεν εἰς τὴν ἐκείνου κατοίκησιν πυκνὸν καὶ λεῖον καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν ἔχον. ¶ Siccum quoniam ira incalescit. aut certe siccum iecur ardeat ira. q̄ æstuante iecore bilis nascatur flaua & biliosæ oriūtur ægritudines. Hic spoliator ut notum sui temporis quempiam tangit. ¶ Pupilli prostantis infamis pronunciati: ideo ægentes pupillos per tutores factos uideri uult ut eos stare necesse sit. ¶ Damnatus inani iudicio. quod sine damno fuerit fortunaꝝ licet dānatus: nam si infamia etiā isignis hēbat q̄d nocet.

Iudicio: quid enim saluis infamia nummis?
Exul ab octaua marius bibit: & fruitur diis
Iratis: at tu uictrix prouincia ploras.

¶ Prostantis in questu pro meretrice publice stātis ob paupertatem. Ouidi. li. i. de amoribus Quid puerum ueneris precio prostare iubetis? Et li. ii. de ponto. Illud amicitiæ quondam uenerabile nomen prostat: & in questu pro meretrice sedet. Et prostibulum dicitur: quod ante stabulum stet questus diurni & nocturni cura ut Marcellus scribit. Ast hic damnatus carpit iam impudentes: & nihil infamiæ inanisq; iudicii curantes: salua pecunia. Quid enim ait: quid enim scilicet est? quasi dicat nihil. ¶ Exul ab octaua marius bibit: Marium adducit in exemplum: ille damnatus inani iudicio. Quæ enim cum exemplo fiunt: licere uidentur: inquit Cicero. ¶ Marius: Plinius libro secūdo epistolarum sic ait. Marius priscus accusantibus Aphris: quibus proconsul præfuit: omissa defensione iudices petit. Ego & Cornelius tacitus adesse prouincialibus iussi: existimauimus fidei nostræ conuenire. notum senatui facere: excessisse priscum immanitate & sæuitia crimina quibus damnari iudices possent. Cum ob innocentes condemnandos: interficiendos etiam pecunias accepissent. Cornutus Tortullus consul designatus censuit septingenta milia. quæ acceperat Marius: ærario inferenda: Mario urbe italiaque interdicendum. & cætera. ¶ Ab octaua: finita octaua hora Ouidius libro quarto met. Nays ab iis tacuit. Octaua autem palæstris impendebatur cum nona: decima uero mensæ erat. Vnde martia. li. iiii. Prima salutantes atque altera continet hora. Exercet raucos tertia ca

VAL.

MAN.

priscus Marius

infamia infamis ma infamis salius salius

usidicos. In quintam uarios extendit roma labores: Sexta quies lassis: Septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octaua palestris Imperat extructos frangere nona toros. Hora libellorum decima est eupheme meorum. Temperat ambrosias quum tua cura dapes. Fruitur diis iratis .id est uoluptatem capit ex diis iratis. frui.n. est delectationem capere ex utendo. ℭ Diis iratis: bene iratis. nam exulabat marius quod quidem actum eẽ iratis superis uidebatur. ℭ Victrix prouincia ploras. Aphrica intelligitur. quæ damnato Mario uicerat in iudicio. plorabat tñ non sibi restituta pecunia: quam marius acceperat: fuerat.n. illata ærario: ut diximus prouinciæ aute; appellatæ sunt: ꝙ populus romanus eas prouicit: id est ante uicit. Auctor est Festus. ℭ Victrix prouincia: Plinius li .iii. epistola. ad cornelium minitianum scribit: quod marium priscum una tantum ciuitas Aphricæ publice: multiq; priuate reum peregerunt. ℭ Hæc ego non credam: multiplici scelerum causa iratus poeta: sic loquitur. Venusina lucerna: horatiana uigilia: uel satyra: seu stillo. fuit enim ad notandos hominum mores præcipuus: ut inquit Fabius li. x. ℭ Venusia: Venusia: ut scribit plinius: Dauniorum colonia fuit: Flaccus autem primo sermone libri secundi: sic ait. Vita senis. Sequor hunc Lucanus an appulus anceps. Nam uenusinus arat finẽ sub utrunq; colonus: Missus ad hoc pulsis: uetus est ut fama sabellis: Sequor ante hunc. Lucilium intelligit. ℭ Agitem: tractem: insecter.

Horarũ officia.

ꝓuincia

DO. ℭ Marius: Mariũ Priscũ intelligi planũ est: qui cũ africã ꝓuinciam spoliasset: accusatus Romæ ab aphris uarias habuit sentẽtias. tandem Cornutus septem milia nummũ. q̃ prouincialibus eripuerat: ærario inferenda cẽsuit: cũ aphris restitui debuissent spoliatis: qđ Iuuenalis conqueritꝰ publicam detestans auaritiam: & iudiciorũ iniquitatẽ: alibi: Cũ tenuis nuꝑ marius discinxerit aphros: hæc exẽplis Plini. ℭ Diis iratis aduerso iudicio. ℭ Ab octaua: statim post octauã: quæ palestritarũ erat: nã ante nonam mensæ destinatã cœnare hominis luxuriosi & dissoluti habebaẽ. ℭ Victrix prouincia: quæ mariũ damnasti ploras: tibi nõ restituta pecũia. ℭ Inani iudicio: inanẽ iudiciũ appellat: quod nihil aphris profuit nã in ærariam deriuata ẽ pecunia ℭ Lucerna uenusina. lucubratiõe horatiana. Nã Horatius Lucilio tersior & magis purus ad notandos hominum mores præcipuus: ut scribit Fabius Venusiam dauniorum coloniam in apulia patriam habuit.

Marius Priscus

Venusia

Horatii Patria

MER ℭ Ab obctaua: Ab post significat i hac parte: Vt Ouidius. Nais ab hiis tacuit. ꝓoccupabant horã comedẽdi: non expectata nona hora: quam Romani seruabant: Sic diei tempora distinguentes: Vt in hoc epigrãmate Martialis notat. Prima salutantes atq; altera continet hora Exercet raucos tertia causidicos: In quintã uarios extendit roma labores Sexta quies lassis septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octaua palestris Imperat extructos frãgere nona toros. ℭ Victrix prouincia ploras. pro consularis prouincia. cui ereptæ pecuniæ restitutæ nõ fuerunt. & si conuictus fuerit Marius. ℭ Diis iratis: aut uere iratis diis: ut ait Persius. Natum diis iratis: genioq; sinistro: Aut imperatore irato: sub quo dãnatus fuit: hoc est Domitiano: qui in edictis suis iubebat scribi. Dominꝰ & deus noster. Quod Suetonius tradit Et Martialis ait. Edictum domini: dei ꝙ nostri. ℭ Victrix ꝓuincia. Aphrica quæ in iudicio euicit: cõ dẽnareẽ repetundaꝶ Marius. Sed prouinciæ restitutæ non sunt pecuniæ. ℭ Venusina lucerna: idest lucubratione horatiana: uel laudat ipsum Horatium qui inter satyros uelut lucerna eluceat. Venusinus enim Horatius fuit.

Distinctio diei

VAL. ℭ Quid.n. saluis ĩfamia nũmis. deest nocet? idq; ironicos ac uultuose legẽdũ est. ne asserere uideaẽ poeta qđ rephẽdere cõtẽdit. ℭ Exul ab octaua Marius bibit. Marius priscus q̃ pecuniaꝶ repetũdarũ accusatus ẽ. ℭ Exul ab octaua hora. nã qui iudicio rebusq; publicis uacabãt. decima comedebant. i. decima cœnare cõsueuerant. Mar. Prima salutantes atq; altera cõtinet hora. Exercet raucos tertia causidicos. In q̃ntã uarios extendit roma labores. Sexta q̃es lassis: septima finis erit: Sufficit in nonã nitidis octaua palestris. Imperat ĩstructos frangere nona toros. Hora libellorũ decima est rufene meorũ. Temperat ambrosias cum tua cura dapes. Et bonus æthereo lassaẽ nectare cæsar. Ingentiq; tenent pocula parca manu. ℭ Diis iratis. qđ dãnatꝰ siqdẽ marius Priscus cũ ꝓcõsul affricã tenuisset accusante Plinio secũdo dãnatus ẽ. ℭ Fruitur: qa ut nec minus sibi idulget q̃ prius uideaẽ dãnatio nihil icommodi attulisse. ℭ Prouĩcia: subaudi aphrica iõ uictrix uictoriã assecuta ẽ: q̃d Mariꝰ dãnatꝰ fit. ℭ Ploras. qm̃ spoliata: ut ipe i tertio huiꝰ. nuꝑ mariꝰ discixerat aphros licet tamẽ nobis intueri Augustinũ hũc Mariũ arpinatẽ itelligeẽ: quippe qui in secũdo de ciuitate dei inq̃t. Quid ꝙ eẽ uidẽtur eoꝶ affuisse cupiditatibus iplendis: & ostẽdũtur nõ præfuisse refrenãdis: q enim mariũ nouũ hoiem & ignobilẽ cruẽtissimũ auctorẽ bellorũ ciuiliũ atq; gestorẽ: ut septies cõsul fieret: adiuuerunt atq; ut in septimo suo cõsulatu moreret senex nec in mãus Syllæ futuri mox uictoris irrueret: si.n. ad hæc cũ dii iuuerũt ñ parum ẽ ꝙ fateñt etiã nõ ꝓpitiis diis suis posse accidere homini istã tẽporalẽ: quã nimis diligũt tãtã fœlicitatẽ: & posse hoies sicut fuit marius salute: uiribus: opibus: honoribus: dignitate longæ uitæ cumulari & ꝑfrui diis iratis. ℭ Hæc ego. hæc quæ paucis perstrinxi & his similia. ℭ Venusina digna lucerna utrum lucerna quia satyricus ad oium uitia quasi lucernã admouet: itueri quiuis possit crimina quæ nouit: an certe lucerna lucubratione & studio. ℭ Venusina lucerna. horatiana: patria.n. horatii uenusium. lucerna igitur satirica qualia Horatius scripsit: siue a Venusio ubi lãternæ leues fuerunt: ut Probus iuquit: quo uilissimi ueniebãt: uel potius horatiano scribendi genere. qui se uenusinum testatur cum inquit. Sequor hunc lucanus an apulus anceps: Nam uenusinus arat finem sub utrunq; colonus.

MAN. ℭ Sed quid magis heracleas. ꝙ heracleas potius q̃ herculeias legẽdũ sit ꝓbi auoritate. & ueteris codicis indicio ut quidam aiunt. assero equidem. heracles. ñ. græce heracleus possessiuum format. hercules uero cũ sit latinum facit herculeum. Syllius li. iii. herculeam factis seruans a nomine famam. Assero itẽ

Heracles

Hæc ego nõ credã uenusina digna lucerna
Hæc ego nõ agitẽ? sed quid magis heracleas
Aut diomedeas: aut mugitum labyrinthi.
Et mare percussum puero. fabrumq; uolãtem

ut etiam

Cum leno accipiat mœchi bona si capiendi
Ius nullũ uxori: doctus spectare lacunar:
Doctus & ad calicẽ uigilanti stertere naso:
Cum fas esse putet curã sperare cohortis

ut etiã herculeias pẽta syllabũ legi possit Heracleas .i. herculis erũnas ηρακλης ãt interpretatur ηρας .i. iunonis. κλεος .i. gloria quasi illa persequẽte magnã gloriã sit consecutus. Fuit præterea hercules Alcmenæ iouisq; filius: ferunt.n. iouẽ tris noctes in unã redactas Alcmenæ operã dedisse. Infans autẽ hercules duos dracones utraq; manu appræhensos transgulauit: quos Iuno ad eum perdendũ miserat. unde illũ argiui q̃m Iunonis opera gloriã eẽt adeptus: cũ antea alcæus uocaretur. heracleũ dixere. Succedente tpe duodeci labores executus ẽ. quos ei Euristheus micenarũ rex iusserat. Manibus itaq; suffocauit inter Mycenas ac Nemeã syluã ingentẽ leonẽ. Interemit lerneã hydrã aprũ erymatheũ archadiæ uastantẽ agros uiuũ sup humeros ad eurystheũ attulit. Centauros expugnauit. aureis cornibus ceruã uelocitate eximia fessã continua in psecutione cœpit. Stymphaludas aues finitiarũ regionũ fructus uastantes ad fugã cõpulit. Aulã ægei nemine iuuante purgauit Pignione flumine super inducto. fuerat autẽ illa per multos annos cõtractis sordibus repleta. Diomedis thracis equos ad curysthe-um deduxit. ℭ Amazones superauit. mandatũ nãq; fuerat ei ab Eurystheo. ut cingulũ hippolitæ amazõis afferret gerionis boues hispani ad Euristheũ occiso Gerione adduxit. Ab inferis cerberũ ad superos eduxit Vltimo ei labore indicto mala hesperidum aurea afferendi. occiso puigili dracone executus est: hæc & plura diodorus li. v. Apule. li. iiii. floridoꝝ scri. herculẽ monstra illa imania hominũ ac feraꝝ uirtute subegisse. orbẽq; terræ purgasse. Similiter aduersũ iracundiã: inuidiã: atq; auaritiã: atq; libidinẽ. cæteraq; ai hũani mõstra & flagitia. Philosophus iste hercules fuit. eas oẽs pestes mẽtibus exegit. familias purgauit. malitiã perdomuit. seminudus & ipse & claua insignis. ẽt thebis oriũdus hæc ex illo. Genuit præterea hercules duos & septuaginta liberos. Ait.n. philosophus li. vii. animaliũ sic. Sunt & uiri qui non nisi fœminã procreent. Et mulieres quæ non nisi marẽ: & cõtra. ut de hercule fabulantur. q inter duos & septuaginta liberos fœminaꝫ unã tantũmõ genuit. Aut Diomedeas. i. Diomedis fabulas. & erũnas. q quidẽ ab troia rediens ab Aegialia uxore non receptus. ut lycophoron scribit: in apuliã uenit. ubi Arpos & beneuentũ condidit & submersi socii a pallade in aues q̃ Diomedeæ dicuntur: conuersi sunt. De quibus Solinus plurima scribit. ℭ Mugitũ labyrinthi. ℭ Pasiphæ minois uxor tauro supposita Dædali arte: genuit Minotauꝝ: natura duplici: q usq; ad humeros taurus: cætera hõ eẽt. Ad hoc nutriẽdũ monstrum aiunt ab Dædalo labyrinthũ fabricatũ difficiles habẽtẽ aggressus: & insciis penitus irremeabiles. In quo recluso minotauro septẽ athenienses pueri: totidemq; uirgines singulis annis dabantur. hunc tandẽ theseus pemit: De quibus omnibus latius. li. v. Diodorus. ℭ Et mare percussum puero. Dædalus a pasiphe absconditus: quũ nauibus nullo mõ euadere minois iram posset. sibi ac filio fabricauit alas. Icarus altius euolans in mare cecidit. Vnde ait Oui. Icarus icareas nomine fecit aquas. Dædalus uero ad siciliam puenit incolumis: ubi opera quidem multa & miranda construxit: præclarus.n. architect⁹ fuit. De quo itẽ diodorus late li. v. Et naso li. de arte secundo. Eos autem uolasse fictum est. quoniam teste pli. lib. vii. Vela icarus. Malum: antennam dædalus inuenit. Eusebius tñ scribit dædalum cum filio icaro minoem naui fugisse: & pp inuestigabilẽ fugam euolasse pẽnis existimat⁹ est. diodorus uero scribit li. vi. q uelis uti nautas Aeolus docuit. ℭ Cum leno accipiat mœchi bona Si capiendi ius nullũ uxori. Domitianus ut Suetonius scribit. ꝓbrosis fœminis lecticæ usum ademit. Iusq; capiendi legata hæreditatesq;. Earum itaq; tanq̃ lenones mœchorum legata accipiebant. ℭ Ius: potestas. Lucanus. Iusq; datum sceleri canimus. ℭ Spectaꝛ quo. s. adulter sua cõiugẽ licentius potiaꝛ. Lacunar. quadratus locus in tabulis principaliter lacus dicitur. Lucilius: resultant ædesq; lacusq;. Diminutio lacũar facit. Horat. Nec mea renidet in domo lacunar. Inde ẽt fit alia diminutio lacunariũ: & p antistœchõ laqueariũ. quod quidem Seruius li. i. æneí. edocet. Et Apuleius libro quinto ait: Nam summa laquearia citro & ebore curiose cauata subeunt aureæ colũnæ: parietes omnes argenteo cælamine cõteguntꝛ. ℭ Ad calicem in mẽsa quum forte adulter: ingreditur uel secum ederit. Ouidius item li. i. de amoribus sic. Si bene compositus somno uinoq; iacebit. Cõsiliũ nobis resq; locusq; dabunt. ℭ Cũ fas eẽ putet &c. Cogitanti mihi & plura legenti de quo nam hic intelligere conueniret. Nullus profecto occurrit conuenientior q̃ Tigillinus. Is enim ut tacitus scribit libro. xiiii. In animo Neronis ex intimis libidinibus assumptus est. Validiorq; indies factus libro etiam. xv. de eodem Nerone ita inquit. Tum quasi bello gesta expositurus: uocat senatum. & triumphale decus Petronio Turpiano consulari cocetio. Neruæ prætori designat. Tigillino præfecto prætorii tribuit. Tigillinum & Neruam ita extollens. ut super triumphales in foro imagines apud palatium quoque effigies eorum sisteret. Et libro. xvii. ubi de Othone meminit. ita inquit. Ophonius Tigillinus Obscuris parentibus. fœda pueritia: impudica senecta. præfecturam uigilum: & prætorii. & alia præmia uirtutum: quia uelocius erat uitiis adeptus. ℭ Crudelitatem mox. deinde auaritiam: uirilia scelera exercuit corrupto ad oẽ facinus nerone quædam ignaro ausus ac postremo eiusdem desertor ac proditor. Vnde non alium pertinacius ad pœnam flagitauere. quibus odium Neronis inerat: & quibus desiderium paulo ante inferius ait. Tigillinus accepto apud suessanas aquas supræmæ necessitatis nuntio inter stupra concubinarũ & oscula deformes moras sectis nouacula faucibus infamem uitam fœdauit ẽt exitu sero & inhõesto: per huiusmodi igitur intimam in libidinibus amicitiam neroni iunctum Tigillinum: illius ẽt aurigam in turpibus præsertim fuisse quis deneget. Cum ẽt lib. xv. Tacitus ita scribat de coniuratione in Neronem. Nihil aduersum hoc Neroni prouisum: Etiam fortes uiros subitis terreri. Nedum ille scænicus Tigillino. s. cum pellicibus suis comitante arma contra cieret. qd quidem per ironiam dixit quasi diceret neronem comitante eũ tigil-

Hercules Alceus
Herculis labores
Diomedes
Pasiphae
Minotaurus
Dædal⁹
Icarus.
Vela
Lacunar
Lacus
Laquear.
Tigillin⁹

lino cũ pellicibus ſuis non potuiſſe arma in coniuratos parare. De cornelio fuſco hic intelligere minime cõ
uenit:q̃uis Suetonius ſcribat eum domitiani tẽporibus præfectum cohortiũ prætorianaꝝ fuiſſe: eiſdemq;
belli ſummam Domitiani commiſiſſe. Non conuenit inq̃ quoniam fuſcus ipſe & ante Domitiani tempora
ſenatorio ordine fuerat clariſ quidem natalibus adeptus ẽt fuerat procurationẽ. Vnde ſi curã cohortis ſpe-
raſſet: merito quidem hincq; Iuuenalis ꝑpea iraſci non iure potuiſſet. Et q̃uis putet Iuuenalis præſenti tem
poř dixerit minime refert: Nam & in fine huius primæ ſatyræ ait de eodem Tigillino: iam quidem mor-
tuo ut oſtendimus: pone tygillinum &c. ¶ Itẽ q dedit ergo tribus patruis acoita uehatur. penſilib⁹ plumis
Nam per Tigillinũ ſimiles poeta carpit. De fuſco demum Tacitus lib. xvii. imperatore adhuc uitellio ita
ſcribit. Titus fabianus pannoniã: pompeius Syllanus Dalmatiam tenebant. ſed procurator aderat corne
Corneli iu fuſc⁹ lius fuſcus uigens ætate: claris natalibus: prima iuuenta quietis cupidine ſenatorium ordinẽ exuerat. Ideq;
pro galba dux coloniæ ſuæ: eaq; opera procurationem adeptus. ſuſceptis Veſpaſiani partibus acerrimam
bello facem prætulit &c. Inde ſubdit: proxima Cornelii fuſci procuratoris auctoritas. Is quoq; inclementer
Legio in Vitelliũ inuehi ſolitus nihil ſpei ſibi inter aduerſa reliquerat. ¶ Cohortis: in legiõe erant Cẽturiæ. lx. Ma
Cẽtura nipuli. xxx. Cohortes. x. ut cynthius li. vi. notauit auct. gellio li. xv. cap. iiii. Cohors igiť continebat milites
Cohors dc. Sed de cohortibus late modeſtus. Vtq; feſtus ait: ꝓtoria cohors dicta ꝙ a ꝓtore non diſcedebat.
DOM. ¶ Sed qd magis herculeas: ex ſenſu quo orſus ẽ ſatyram: ꝙ. ſ. docti & indocti fabuloſa quottidie ſcriberent
quaſi reſpiramus. nõ ne inquit ſatyra ſcribenda eſt potius cũ tot ſint cauſæ quã fabuloſæ. ¶ Diomedeas fa-
bulas ſcriptas de ſociis Diomedis: qui i aues conuerſi ſunt quæ diomedeæ dicuntur. ¶ Fabrumq; uolentẽ
uerbum græcum expreſſit: nam Dædalus fabrum ſignificat & ingenioſum. ¶ Cum leno accipiat Domiti
anus legẽ tulit: qua prohibuit mulieres relictas hæreditates & legata capere: auctor Tranquillus: Nam ad-
ulteri præteritis ſæpe liberis mœchis ſuis bona relinquebant. Inuenta inquit Iuuenalis fraus eſt legi: nã ex
quo per legem mœchæ ſuorũ adulterorũ bona capere non poſſunt: mariti tanq̃ earũ lenones pecunia cor
rupti eas ab aliis attrectari permittunt: iam eruditi ad diſſimulandam conſcientiam: intuentes ſcilicet lacu-
nar cum mœchus accedit: aut ſtertentes in menſa: ſi forte nunc ingreditur cũ tamen uigilent. ¶ Si capiẽdi
ius nullũ uxoris. Si legitur in codicibus antiquis non ſit: hoc eſt: quoniam ſublatũ eſt ius uxoribus capien
di hæreditates & legata mortuorum per legem Domitiani: maritus tanq̃ leno excogitauit quo pacto uiuẽ
tes ſpoliet adulteros: nam corruptus pecunia & muneribus ſe conſcium eſſe diſſimulat. Alienas opiniones
& fabulas hoc loco ego quoq; diſſimulabo: ne ſi cœpero refellere: aut aliqua ex parte probare uideat: aut
non ſatis habere fidei huic ſententiæ. quæ apertiſſima eſt.
MER. ¶ Agitem: mordaci carmine inſecter. ¶ Herculeas: duodecim celeberrimas Herculis ærũnas: quibus cœ
Herculiſ erũnæ lum uel inuita nouerca meritus eſt. Quæ omnia recenſerem niſi uulgatiſſima foret. Diodorus ſiculus iter
probitates Herculis enumerat: ꝙ una nocte cum qnquagita filiabus Thieſti concubuerit. Quam rem illi
exprobrat apud ouidium ſic dicens Deianira. Nec tibi crimen erunt thieſtitia turba ſorores: Quarum de
Diome des i Italia pulſ⁹ populo nulla relicta tibi eſt. Et dixit herculeas ea figura qua Virgilius priameius. ¶ Diomedeas: quæ dio
medes paſſus eſt. qui quum in bello troiano pugnaret & deam Venerem percuſſiſſet: ob iram ipſius deæ
ab uxore adultera pœne inſidiis interceptus fuit: unde patria pulſus: poſt errores multos in inſulas contra
Apuliam delatus eſt: Vbi quidam auctores referunt: nunquam deinde uiſum. Et eius ſocios in aues con-
Diome deæ aues uerſos: Quæ diomedeæ a noſtris dicuntur. Iubas autem ut Plinius tradit: cataractas uocat. Has aues acce-
pimus adhuc i eiſdẽ inſulis uiuere: Cuius adipem ſugillationibus prodeſſe iuniores experti ſunt. ¶ Mugi
tum labyrinthi: Fabulam tangit Theſei: quem finxerunt poetæ: illud biforme monſtrum: Quod mino-
taurus appellatum eſt: labyrintho incluſum interfeciſſe: Illud addimus quatuor a Plinio tradi labyrinthos
Labyrinti q̃ttuor fuiſſe: In ægypto primum in heliopoli. Vnde exemplar ſumpſit eius quem in Creta fecit Dædalus: quan-
quam centeſimam tantum eius portionem imitatus eſt. Et hic fuit ſecundus ab ægyptio labyrinthus. Ter
tius lemno Quartus in Italia fuit: Quem ſibi extruxit Porſena rex hetruriæ ſepulchri cauſa ſimulq; ut hec
Ichthiocolam externorũ regum uanitas ab italis ſuperaretur. ¶ Et mare percuſſum puero fabrumq; uolantem: Dæda-
lus: ut idem Plinius refert fabricam materiariam: Et in ea Seram Aſiam Perpendiculum Terebram Glu-
Quæ Icarus & dedal⁹ inuenerunt tinum Ichthiocola inuenit. ¶ Volantẽ. reuera non uolaret: Sed uela Icarus: malum & antennam Deda-
lus primi excogitarunt. ¶ Quũ leno accipiat mœchi bona. ſenſus: Quũ maritus uel ut leno pactã pecu-
niã de ꝓſtituta uxore capiat. Hincq; licentior fit adulter Nunc marito lacunaria ſuſcipiente: Nunc ſterten-
do ſomnum ſimulante. ¶ Lacunar: a lacu deſcendit ꝑ priſcianũ ſeruius a laquæati nomen trahit. ¶ Vigi
lanti ſtertere naſo: Niſi ꝓloco & rei qualitate uerba capiantur: In cacozælon incidit poeta. Et uidetur reſpe
xiſſe prouerbiũ: qd põpeius feſtus refert: Nõ omnibus dormio: quod natum uidetur a Cepio quodã: Qui
parat hẽchon dictus ẽ qd ſimularet dormientẽ. quo ipunitius uxor eius mœcharet. Hui⁹ mẽinit Lucilius.
VAL. ¶ Sed quid magis heracleas. Non herculeas: ſicut librariorũ menda nunc ſcribitur cũ non ſtet uerſus He
racleas ergo uera lectio eſt quã refert Prob⁹: & uetuſtiſſimo emẽdatiſſimoq; codice legimus. ꝓterea quoniã
heracles græce diciť heracleus ẽt poſſeſſiuum eius ẽ græcũ: at Hercules cũ ſit latinum facit Herculanũ: &
apud poetas Herculeũ: quoniã breuẽ inter duas longas heroicus uerſus non admittebat. ut At ſinus hercu
lei ſi uera eſt fama tarenti. quod ſi herculea: dicas quis nõ uidet in metro barbariſſimũ fore. penultima aũt
in heraclea ideo ꝓducitur qd ſi ea diphtõgus ſitq; in e ꝓductũ a latinis uertitur ut i ænea ſpondeo: hera-
cleas igitur legas. qd ſi ea diphtõgus diuidatur: tũ erit heracleas: & utraq; tam penultima q̃ antepenultima
corripietur. uel ſi uerſo e in H a latinis ꝓducatur ut theſeide codri: ſecũda tñ ſp breuis manebit. manifeſtatũ
ergo errorẽ ex grãmatica cognitione eẽ herculeas poſſis deꝓhendere. Heracleas. ideſt herculis erũnas ſcri-
bam cum

bam cũ ad scribẽdas satyras tãta mihi suggerat materia? Herculis labores satis noti. ℭ Aut diomedeas nũ ut Venerem mortẽq; Palladis iumento pertulit: an ꝙ ab Adrasti filia coniuge sua domũ reuersus ex urbe fuerit eiectus Cum enim regi Adrasto fuissent filiæ Argia: deiphyle & aegialia: argiam Polynici despondit Deiphylem Thydeo multo maiorem natu Aegialiam Diomedi uxorem postea dedit quam ut Lycophron scribit cum maritus ad Troiam iens domi reliquisset: ac rectorem suorum bonorum stenelum calamistratum quendam suffecisset: & tantisper quoad a Troia rediisset: Venus a diomede saucia libidinis furorem i ægialiam immisit: ut calamistratum istum deperiret: qui ambo multis copiis Diomedẽ ab ilio redeuntem sui securum imparatumq; inuadunt. Cum igitur multitudini obsistere non posset: in palladis templũ profugit: post Italiam peruenit & apud regem Daunuz hospitio susceptus est: eius sociis in fluctibus immersis quos in aues erodias conuertit pallas: ut aliis autem uidetur: cum oeax nauplii filius Palamedis frater audiuisset græcos domum uictores remeaẽ argos uenit ubi ægialiam & clytemnestram falsis nunciis aduersum maritos armauit ꝙ secum uxores e Troia ducerent alias ualde dilectas: q̃obrem ut credulu; quod leuitatẽ arguit ingenium muliebre semper est magisq; aduersum suos incenditur: ita ægialia aduenientem diomedem per ciues accedere prohibuit. ℭ Aut mugitum labyrinthi. nota de minotauro fabula: quẽ theseus peremit. & ut Catullus inquit. Inde pedem sospes multa cum laude reflexit: Errabunda regens tenuit uestigia filo. Ne labyrintheis de flexibus egredientem: Tecti frustaretur inobseruabilis error. ℭ Et ma. p. pue. Icaro ℭ Fabrumq; uo. Dædalum dicit: nota a Diodo. & cæteris fabula narratur. ℭ Cum le. ac. mœ. bo. quid potius fabulas inquit scribam quæ notissimæ sunt: q̃ quæ ab omnibus deberent repræhẽdi ut ꝙ maritus uxoris pudorem uendit, adultero si capiendi: si fallendi. aut certe capiendi pro accipiendi ab adultero quicquã. ℭ Ius: potestas: sic Luc. Iusq; datum sceleri canimus populumq; potentem. ℭ Nullũ uxori. deest. ẽ. ℭ Doctus spectare lacunar. sic Hora. Iam nunc & incæstos amores de tenero meditatur ungui. Mox iuniores q̃rit adulteros inter mariti uina. Neq; legit qui donet intermissa raptim gaudia luminibus remotis. Sed iussa coram non sine conscio surgit marito Seu uocat institutor seu nauis hispanæ magister dedecorum preciosus emptor. ℭ Lacunar: primitiuum est lacus. Lucre. Resultantium adeoq; lacus diminutiuum lacunar. Hor. Nec mea renitet in domo lacunar nec trabeas hymetiæ præmunt columnas ultima recisas africa.

Qui bona donauit p̃sepibus: & caret omni
Maiorum censu: dum peruolat axe citato
Flamineam puer automedõ nã lora tenebat
Ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ.
Nonne libet medio cæras ĩplere capaces

ℭ Qui bona donauit præsepibus. ostendit Tigillinũ fuisse ueneri deditum: quod ẽt superius patuit hinc pauperem effectũ. qui olim patrimonio carens nam obscuris parentibus ortus erat ut diximus aurigã se neroni tradiderat uti putare possumus. Præsepibus. i. lupanaribus & meretricibus: postq̃. s. ab Nerone ditatus fuerat: cum autẽ dicit puer: ostendit eum tũc nihil habuisse: quo. s. tempore aurigare cœperat. puer autẽ donare non poterat meretricibus: ergo iam grandis donauit illis placet item ut præsepibus: idest equis alendis exponas. ℭ Dum. i. eo tempore: quo Flaminiam Caius flaminius consul. M. lepidi collega: uictor ligurum strauit flaminiam e roma per thusciam & umbriam usq; ariminum. auctor est Strabo. libro. v. Puer automedon: ipse tigillinus auriga neronis. uti fuerat Achilli automedon: hinc ait Ouidius in arte: Curribus automedon lentisq; erat aptus habenis. Et homerus i libro iliados ultimo. Circumq; epulas & uina parabat heros Automedon ac clarum robur in armis Alcimus De quibus ẽt paulo inferius sic. heros automedon: simul & comes alcimus ibant Quos sibi delegit socios: post tristia cari fata meneciadæ: & primo ueneratus honore Ipse iactaret: supple Nero: is enim intelligitur. nam Suetonius sic ait: puerum sporum exectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus cum dote & flammeo persolenni: nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se: pro uxore habuit: quem Sporum augustarum ornamentis excultum lecticaq; uectum: & circa conuentus: mercatusq; græciæ: ac mox romæ circa sigillaria comitatus est: identidem exosculãs. Lacernatæ amicæ: lacerna indutæ per quod marem ostendit: lacerna. n. militaris erat uestis: ut patuit supra. ℭ Amicæ sporo scilicet Nonne libet q̃si di. immo. est autẽ alia indignationis causa. ℭ Cæras capaces: cæratas tabulas: ingentes & amplas. plærumque enim antiqui cæratis in tabulis scribere solebant. quod etiam Pri. edocet.

MAN. Flaminia uia Automedon Neronis nequitia Sporus puer

ℭ Cum fas esse putet: Eum notat: qui puer educatus inter aurigas: & ipse auriga aliquando tandem ad tãtam peruenerat dignitatem: ut cohorti prætorie præficeretur. Tigillinum intelligere non placet: q̃uis non ignorem illum Neroni fuisse gratissimum: non enim poetæ tẽporibus uiuebat. quod ex Plutarcho & Tacito scimus: ut eius causa ad satyras scribendas impelli posse uideatur: nam de homine sui temporis loquitur: cum dicat Cum fas esse putet. s. nũc. Præterea uiuos tñ notat obscurioribus quidem uerbis & ambagibus: quod exitu satyræ plane fatetur: Experiar quid concedatur in illos: &c. quoniam iam. s. cœperat de uiuis scribere: Sed mutato consilio de mortuis scripturum pollicetur. nec Othonem intelliges ex qua dixit de causa. Cornelium uero Fuscum mea quidem sententia notat: nam is temporibus Domitiani & poetæ præfectus cohortis prætoriæ fuit Quod scribit Trãquillus. Idem olim flagitiosissimus: & susceptis Vespasiani partibus ardentem bello ciuili facem prætulit: ut scribit Tacitus: Idem temporibus Neronis aurigauit ut principi: qui eodem studio tenebatur: placeret: Nam Nero: ut Tacitus scribit: suæ aurigationis infamiam leuiorem uideri posse putauit: si plures fœdasset. itaq; nobilium familiarum posteros egestate uenales in scænam deduxit: Fuisse nobilem Fuscum scribit Tacitus his uerbis procurator aderat Cornelius fuscus ingens ætate claris natalibus. post Neronis tempora senatorio ordine deposito se in ocium quietis cu-

DOM.

piditate contulit. Demum temporibus domitiani cohorti prætoriæ præfectus bellum aduersus dacos gessit ubi occubuit. Clarus epitaphio: martialis: Ille sacri lateris custos martisq; togati &c. & Iuuenalis alibi: Et qui uulturibus seruabat uiscera dacis Fuscus marmorea meditatus prœlia uilla: hoc est qui umbra sperat uersatus: & molli aurigatione. eodem crimine alibi Damasippum ficto noie notat. Donauit præsepibus: cōsumpsit equis alendis ad aurigationem. ℭ Caret censu maiorum: nā egestate uenalis q̄uis nobilis Neroni se aurigā p̄stitit. ℭ Curā cohortis: p̄fectura cohortis p̄toriæ. ℭ Puer: cū eēt olim puer Fuscus. ℭ Iā tenebat lora tractabat habēas equoꝶ auriga Nerōis. ℭ Automedon. i. auriga: Nam Automedon Achillis auriga fuit hic simpliciter pro auriga. ℭ Ipse: Fuscus: cum alii nobiles suos aurigas habere solebant. ℭ Cum se iactaret amicæ lacernatæ. i. dum Nero Sporum suum comitaretur: quem per sigillaria & uarios secessus impudenter comitatus est nota est historia Tranquilli. q. d. non in certaminibus sacris: sed in molli & obsceno uitæ genere Fuscus Neroni aurigandi operam præstitit. Flaminiam: uitam strauit Flaminius consul post uictoriā partā de liguribus: a Roma pusiā Ariminūm usq;. Strabo. Capaces cæras: ingentes pugillares.

MER. ℭ Præsepibus: meretricibus. Nam sicut prostibula a stabulo dicuntur: sic & præsepia earum loca. ℭ Dum peruolat axe citato: Neronem hoc loco suppræsso nomine acerbissime mordet. Quem constat sporum (Sporus) puerum excisis testibus etiam conatum in muliebrē naturam transfigurare: cum dote & flameo per solēne nuptiarum deductum pro uxore habuisse. ℭ Extatq; cuiusdam nō inscitus iocus (Iocus) bene agi cum rebus humanis potuisse: Si Domitius pater talem habuisset uxorem. hunc Sporum Auctore Suetonio: Augustaꝶ ornamentis excultum: lecticaq; uectum: & circa conuentus mercatus græciæ ac morum Romæ circa sigillaria comitatus est: Identidem exosculans. ℭ Automedon. Auriga Achillis fuit: Sed a poetis pro quocunq; equorum: & currus rectore ponitur: nonnunquam uero ad aliud transfertur. Ouidius: Thiphis & automedon dicar amoris ego. ℭ Lacernatæ amicæ: Masculū innuit: Quādo lacerna militaris uestis sit. ℭ Flamineā: uiā quā Cai⁹ Flamine⁹ lepidi collega: deuictis ligurib⁹ eRōa Ariminū usq; strauit: ut historici ꝯferūt.

VAL. ℭ Curam spectare cohortis: militiæ damasippum dicit cricensibus deditum. ℭ Præsepibus. lupanaribus: ut Cic. in pisonem. uerum audis præsepibus audis in stupris: audis in cibo. & uino aut gula. unde Hora. Secura uagus non qui certum præsepe teneret. Plautus in curculione: panes quia parasitus non rediit e caria afferre argentum credo. nam si non ferat tormento non retineri poterit ferreo qn se reciperet huc esum ad præsepe suū. ℭ Puer Automedō: automedō diorei filius auriga fuit achillis: quod nomen ironicos ad Neronis aurigam transtulit. per aurigam alii Neronem: alii damasippum uolunt intelligi. ℭ Amicæ lacernatæ: satyrice habitu uiri fœminam descripsit. Neronem uero lacerat: qui decisis adolescenti Sporo testibus non puduit tantum. s. imperatorem in muliebrem formā figurare. ℭ Capaces cæras: ingētes tabulas.

Quadriuio: cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atq; inde patēs: ac nuda pene cathedra
Et multū referens de mecœnate supino
Signator falso: qui se lautum atq; beatum
Exiguis tabulis: & gemma fecerit huda?
Occurrit matrona potēs: q̄ molle calœnū
Porrectura uiro miscet sitiente rubetam.

MAN. ℭ Quadriuio. Loco publico: & in quē uiæ quattuor confluunt. ℭ Patens. Apertus. ℭ Nuda. Quo meli⁹ uideretur. ℭ Cathedra. i. lectica: quam appellant hexaphoron (Hexaphoron): qm̄ a sex seruis portaretur: sicut octophoron. ab octo seruis. ℭ De mecœnate supino: idest molli. Mecœnas (Mecœnas) enim solutis tunicis in urbe semper incessit. Comitabanturq; eū spadones duo: magis duo tum uiri q̄ ipse. apparet itaq; mollē fuisse. hæc scribuntur a Seneca in epistola. cxv. Idemq; Iuuenalis in satyra. xii ait Vestem purpuream teneris quoq; Mœcenatibus aptam. i. uiris mollibus. Supino. i. superbo: ut aliqui dicunt: non procedit: Seneca enim epistola prædicta de mecœnate sic ait: Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis: pepercit gladio. sanguine abstinuit. Nec ulla alia re ꝙ posset q̄ licentia ostendit. ℭ Signator falso. Regulum notat de quo late superius: Naȝ ex paupe ditissimus per flagitia euaserat aliena enim testamenta falso dictabat: signabatq; falso. Præterea ut habetur in institutionibus de publicis iudiciis. li. iiii. Lex cornelia (Lex cornelia) falsos testamentoruȝ signatores (Signatores) puniebat. legitur enim ibi ita: Item lex cornelia de falsis: quæ etiam testamentaria uocatur: pœnam irrogat ei: qui testamentum (Testamenta): uel aliud instrumentum falsum scripsit: signauerit: recitauerit: subiecerit uel signum adulterum fecerit sculpserit: expræsserit sciens dolo malo &c. ℭ Signator. Signatores erant: qui aut testamentis: aut causis se subsignabant. ℭ Lautum. Delicatum uestibus & uictu. ℭ Tabulis. Secundo libro institutionum de testamentis ordinandis. sic scribitur Nihil autem interest utrum testamentum in tabulis: aut in chartis mēbranisue: uel in alia materia fiat. ℭ Gemma huda. Sigillo saliua madido: Macrobius auteȝ li. vii. sat. inquit ꝙ imprimebatur sculptura (Anulorum sculptura) materiæ anuli: siue ex ferro: siue ex auro foret: postea uero usus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gēmis cœpit insculpere. ℭ Occurrit matrona potens. Arguit ueneficia: quæ quidē hinc inde etiam a coniugibus fiebant. Matrona non de agrippina imperatoris Claudii uxore: quæ uirum boleto uenenauit: sed de qualibet alia sui temporis intelligitur: indignatur enim poeta suorum temporū uitiis: hinc ad satyrā scribendam impulsus. ℭ Molle. Suaue & dulce. ℭ Calœnum (Calœna uina) Strabo li. v. a campania optima uina aduehi scribit: phalerna (phalerna) setina (Setina) atq; calœna: quibus surentina (Surentina) contendunt facto nuper eorū periculo inquit: qm̄ longam accipiunt uetustatem. Dicitur autem calœnum καλος bonum significat: οἶνος uinum præterea uti strabo. li. v. edocet Calœnū (Calœnū) in campania urbs in primis eximia adiuncta calœno est. Sunt autem qui oe negent: asserunt enim a calibus (Cales.) calenum dictum de quibus Maro li. vii. æn. ait: Aequora quiq; cales linquunt. ℭ Rubetam (Rubetæ). Ranæ rubetæ & in terrā & humore uiuunt: plurimis refertæ medicaminibus

minibus: quæ deponere quottidie & resumere pastu dicuntur uenena tantum sibi reseruantes. Auctor est Pli. libro. viii. c. xxix. αμφιβιὸς autem dicitur in terra & in aqua uiuens.

MER. ℭ Nunc sportula primo: Diuites secreto cœnantes: aliud obsonium: ab eo ꝙ cœnarent in sportulā: quæ in limine constituebatur: coniectum distribui iubebant. ℭ Togatis. romanis. Vt inde uel libertate uel frugalitate uictus ostenderent. Prior itaq; cœna: quæ & publica: & frugalis erat: recta uocabatur. Vnde martialis. Promissa est nobis sportula: Recta data est. Et Suetonius Domitianum refert: quum multa in cōmunes rerū usus renouaret: sportulas publicas sustulisse: reuocata rectarum cœnaꝝ consuetudine: Interdū ꝑ sportulā nūmi erogabant̄: ut in illo habet̄ epigrāmate. Dat baiana mihi quadrantes sportula centum Inter delitias: quid facit ista fames? Aliquando in nuptiis ad sportulas multi confluebant: ut Apuleius refert Pudentillā; uxorem de suo quinquagintamilia nūmum in populum expinxisse conuolantibus ciuibus ad sportulam. Alios item cibos dari solitos ab his qui lautius cœnarent conqueritur Martialis in tertio epigrāmatum: Ad ponticum. Cur sine te cœno: quū tecū pontice cœnē. Sportula ꝙ nō est prosit: edamus idē. ℭ Sportulam: a sparto dictā accepimus. Est sane spartū herba frequens apud hispanos: quā pudore uulgariū uerboꝝ appellauit herbā

lauit herbã hibericã ille: qui dixit. Concauo ligno hibericas portabat herbas: quũ spartũ naue uectũ significaret. ℂ Turbæ rapienda togatæ. Soli Romani sportulã accipiebant: qppe qui toga uterent: Martialis. Si matutinos facile est tibi rumpere somno: Attrita ueniet sportula multa toga. Nã togati potentiores & diuites salutatione facta deducebant & domũ reducebãt. ℂ Suppositus: loco alterius subditus. Et falso noie declarat qd sit suppositũ uenif. ℂ A pcone: præco a prædicãdo dicit: Et erat tã is q auctionẽ faciebat q̃ q audientiã in theatris indicebat. ℂ Troiugenas nobiles familias romanoꝝ: q̃ auctore Virgilio: troianos gẽtis suæ auctores iactabãt. ℂ Libertin⁹: Ingenuo libertin⁹ opponit: & ad cõditionẽ refert. Nã qntilian⁹ ait: Seruus quũ manumittit libertin⁹ fit. Libert⁹ semp patronũ respicit: Vt Sosia libertus Simõis: & Possides libertus Claudii. Crispinus hic fuit: ut ex sequẽtibus patet. ℂ Ad Euphratẽ: Euphratẽ tradit strabo geograph⁹ ex Niphate mõte armeniæ magnũ: pfundũ: & celerẽ nasci: exire ãt i mare rubꝝ: prius tñ Babyloniã p medium diuidit: & tigri cõiunctus Mesopotamiã facit. ℂ Molles quod i aure fenestræ arguerint. Foramina mollia in aure facta: Quod est ppriũ gẽtis Arabicæ. Alii in aure partẽ unã legũt: ut sit in auris ornamẽtũ: qd ab aure dependebat. Nã in oriente & nũc: & olim: teste Plinio: uiris auꝝ gestare i auribus decus existimabat. In auris

ℂ Secreto cœnauit auus. hoc dicit. qs auus aut tã locuplex aut tã luxuriosus fuit: ut nũc pœne oẽs sunt. Secreto cœnauit. nõ publico sed priuato ostendit apud ueteres hanc uitã nõ fuisse: unde & auus ait Macrobi⁹ in libro saturnaliũ. longum fiat si enumerare uel in quot instrumenta gullæ inter illos uel ingenio excogitata sint uel studio cõfecta & hæ nimirꝝ causæ fuerunt pp quas tot numero leges de cœnis & sumptibus ad populum ferebant & imperare cœpit ut patentib⁹ ianuis prãsitaret & cœnitaret. ℂ Nũc spor. pri. li. par. se. uult intelligi apud ueteres maiorẽ humanitatem fuisse q̃uis pauperiores essent: nũc aũt eam sola; clæmentiã exhiberi q sportulã & ipsam quidẽ tenuẽ pferãt: nisi tñ ab honoratis excludaris q ad eã sine pudore cõueniunt. ℂ Parua spor. comparatiõe maioꝝ damnoꝝ paruulã sportulã dixit: sportæ & sportulæ: ut ait Pædianus nũmoꝝ receptacula sunt. Tranquillus tñ in Claudio inquit. exhibuit anniuersariũ castris prætorianis sine ueneratione apparatuq; iustũ atq; legitimũ in sæptis ibidẽ extra ordinariũ & breue dierũq; paucorũ quodq; appellare cœpit sportulã: qa primũ datuꝝ se dixerat uelut ad subitã dictãq; cœnulã iuitare se populũ. ℂ Turbæ ra. to. toga inquit Pædianus cõis habit⁹ fuit & mariũ & fœminaꝝ: sed ptexta honestoꝝ: toga uilioꝝ. ℂ Ille tñ. ex ptore ne an ex quocũq; alio honorato uenias inspicit. ℂ Troiugenas. patricios q nisi agniti sint nedũ humiles nõ poterũt qcq̃ licet efflagitẽt iperare: explorati uero assequent. sane troiugena & graiugena cũ gemino i scribi debuerit mutarũt i sequens in u alternitatis cã ut p troiigena & graiigena troiugena & graiugena factũ sit. ℂ Ipsos troiugenas. ostẽdit aũt nobiles Romæ familias a troianis eẽ sicut a sergio sergia familia: a cloanto cloãtea: a gia gega. ℂ Da ptori. cũ cõsules: ut inqt Põponi⁹ auocarent bellis finitimis: neq; eẽt q i ciuitate ius reddere posset: factũ ẽ ut ptor quoq; crearet q urbanus appellat⁹ ẽ: q i urbe ius diceret. post aliquot nõ sufficiẽte eo ptore: q multa turba in ciuitatẽ ẽt peregrinoꝝ ueniret creatus ẽ alius ptor q peregrinus appellatus ẽ ab eo q inter peregrinos plærũq; ius dicebat. Deinde Cornelius sylla p tores quattuor adiecit. Iulius cæsar duos. ℂ Da deinde tribuno. cũ plebs a patribus: ut Põponius inqt: secessisset anno fere septimodecimo post reges exactos: tribunos sibi in mõte sacro creauit: q essent plebis magistratus: dicti tribuni q tunc in tres ptes populus erat: & ex singulis singuli creabant: uel quia tribuũ suffragio crearent: deinde cũ post aliquot annos duodecim tabulæ sunt latæ: & plebs cõtenderet cum patribus: & uellet ex suo quoq; corpore consules creare: & patres recusarẽt: factũ ẽ: ut tribuni militũ crearent partim ex plebe: partim ex patribus cõsulari ptãte: hiq; constituti sunt uario numero: interdũ. n. uiginti fuerũt: interdũ plures: nõnũq̃ pauciores. ℂ Sed libertinus prior est. hoc ẽ prior uenit. ℂ Natus ad euphratem: Mesopotamiæ fluuiũ ex armeniæ mõtibus pfluẽtẽ: inter tigrim aũt & euphratẽ iacẽtia pecora tã uberi & pingui solo esse perhibent ut e pastu repelli dicant ne satietas perimat. cã fertilitatis est humor qui ex utroq; amne manat toto fere solo pp uenas aquaꝝ resudante: unde & uoluptatibus mersari ibi dicuntur homines. hoc ergo dicit. donati libertate cum impudentia: meruerunt ẽt hæreditates. ℂ Molles: q in aure fenestræ. mollia foramina in auribus per quæ facile agnoscuntur tum liberti: tum ex euphrate Ro. concessisse.

VAL.

Vt colitur pax. atq; fides: uictoria uirtus:
Quæq; salutato crepitat concordia nido:
Sed cũ summ⁹ honos finito cõputet ãno
Sportula quid referat: quãtũ rõnibus addat
Quid faciẽt cõites qb⁹ hic toga: calce⁹ hic ẽ
Et panis: fumusq; domi: densissima centum
Quadrantes lectica petit sequiturq; maritum
Languida uel prægnans. & circunducit uxor
Hic petit absenti nota iam callidus arte.
Ostendens uacuã & clausam p cõiuge sellã:
Galla mea ẽ inquit: citius dimitte: moraris:
Profer galla caput: noli uexare; quiescit.

MAN.

ℂ Pax. Vespasianus templum pacis foro proximũ fecerat. auctor est Trãquillus. ℂ Fides: fides ẽ firma opinio: ut docet Cicero i partitiõib⁹. Et Seneca epistola. lxxxix. inqt: fides sanctissimũ humani pectoris bonũ est: nulla necessitate ad fallendũ cogitur: nullo corrumpit præmio: Vre inquit occide non proda;. Liuius præterea lib. i. scribit: Numã pompiliu; fidei solẽne instituisse: ad quod sacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iussit: mãuq; ad digitos usq; inuoluta rem diuinam facere: significantes fidem tutandam: sedemq; eius etiam in dextris sacratam eẽ. Cicero autem in li. de. n. d. scribit: fidẽ in capitolio ædificatã proxime. a. M. æmilio scauro: ante autẽ ab Atilio collatino erat fides cõsecrata. Videto etiam sat. xiii. in principio. ℂ Victoria: uictoriæ templum in palatio fuisse ostendit Liuius lib. viii. de ßo bel. puni. ℂ Virtus: uirt⁹ est affectio ai constans: conuenientsq; Pax Fides Virtus

laudabiles efficiens eos:in quibus Tull.lib.iiii.tusc. & lib.vii.Bonum autem mentis uirtus est:ergo hac beatam uitam contineri necesse ē: hinc omnia quæ pulchra honesta præclara sunt: Virtuti autem & honori Marcellus sæparatis ædibus simulachra statuit: ut Valerius li.i.ostendit.Liuius autē lib.xxix.sic ait: ædem uirtutis eo anno ad portam capenā.M. Marcellus dedicauit:septimodecimo anno postea q̄ a patre eius primo consulatu uota in gallia ad Clastidiū fuerat: Vtq; Cicero.lib.ii.tus.ait: Virtus ex uiro appellata est. Viri autem propria uirtus maxime est fortitudo cuius munera duo maxima sunt mortis dolorisq; contentio. Diximus & plura in sat.viii.ibi. Nobilitas sola est atq; unica uirtus. Salutato crepitat concordia nido:concordiæ templum liuia drusilla constituerat: ut scribit Naso.lib.i.fast. Tyberius uero eius filius dedicauit. Vnde Suetonius ait. Dedicauit & Concordiæ ædem crepitat:alludit ad Ciconiam Concordiæ dicatam:sub cuius forma colebatur. Solinus capite .xxxvii. scribit ꝙ eximia inest ciconiis pietas:& enim quantum temporis impenderint fœtibus educandis:tantum & ipse a pullis suis inuicem aluntur:ita enim impensæ nidos fouent:ut incubitus assiduitate plumas exuāt: & sonum quo crepitant oris potius q̄ uocis esse idem ait. Politianus uero uir hac tempestate & græce & latine eruditissimus cornicem potius q̄ ciconiam accipit:ductus ut inquit hæliani græci scriptoris testimonio:qui libro de animalibus tertio. Cornices inquit iter se fidissimæ sunt:& quum societate coierint maximo se opere diligunt. Neq; id genus animaliū uideat quispiam licenter misceri & temere:quin hoc quoq; dicitāt: qui res istiusmodi callent:altera extincta comparem uiduam degere: Cæterum id quoq; audio: Veteres in nuptiis post hymenæum cornicem inuocare:signum id concordiæ dar iis consuesse.qui liberorū quærendoꝝ gratia conuenissent. Tum qui sedes auium & uolatus obseruant inauspicatum esse captantibus auguria dicunt. Vnius tantum cornicis obsequium. Sic helianus sed & nūmismatis aureis duobus faustinæ Augustæ manifestam prorsus imaguntulam nuper sibi laurentium Medices ostendisse cum titulo ipso cōcordiæ idē politianus ait. Placet igitur ut de cornice intelligatur: Nec displicet etiam de ciconia intelligere: ꝑp illud crepitat salutato nido:nam illius naturæ ut ostendimus id conuenit. Nec absurdum uideri potest:& ciconiam & cornicē concordiæ dicatas. Sed quum summus honos:prætorum auaritiam carpit: quorum quidem honos sūmus erat:tantum & enim aucta erat prætoris auctoritas: ut quod prætor ipse edixisset ob ipsius honorem. Ius honorarium uocaretur.hinc & Ouidius li.i.fast.ait: Verbaq; honoratus libera ꝑtor habet. Vtq; ostendimus etiam auctoritate festi. Initio prætores erant:qui postea consules:& bella administrabant. Præterea de honore Cicero de claris oratoribus sic ait.honor præmium est uirtutis iudicio studioq; ciuium delatum ad aliquem qui eum sententiis & suffragiis adeptus est is mihi & honestus & honoratus uidetur. ℂ Comites:diuitum clientes. Densissima:multis stipita ac plena erant enim in ea uiri & uxores ac filii:hinc ait sequiturq; maritum. ℂ Sequitur maritum: Noua captandæ sportulæ ars exprimitur. ℂ Ipse dies. Diuitum atq; nobilium notat auaritiam:qui cum salutati fuissent postea comitati in forum diuersaq; loca:reducti ide domū:clientes non cibabant:quod quidem illi sperarant.hinc lassi & ieiuni:uestibulis abibant. Hæc profecto uera huius loci sentētia est. ℂ Pulchro.ironia est.i.irrisio. ℂ Sportula.sportulæ tempus.s.distinguitur. prima enim & secunda hora salutabant sportulæ causa. ℂ Deinde forum.tertia hora iuris dicendi tempus distinguebatur:qua quidem causidici comitabanť reducti postea clientes non pascebāt ut diximus. ℂ Forum. Augusti forum intellige: Suetonius enim ait ꝙ augustus publica opera plurima extruxit:ex quibus præcipue foꝝ cum æde martis ultoris. Templum apollinis in palatio fori extruendi causa fuit hominū & iudiciorum multitudo:quæ uidebatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. Itaq; festināti⁹ necdum perfecta martis æde publicatū est. Cautumq; ut separatim in eo publica iudicia & sortiones iudicū fierent. Vtq; Plinius scribit lib.vii.c.lv.in augusti foro apollo fuit eboréus: ꝑpter id igitur ait poeta iurisq; peritus apollo:nā ibi iudicia dabanť.hinc apparet totū hoc de unico foro intelligendū. In eodē & statuæ triūphales erāt:Martialis enim ait li.v.Nec litis tetricas forūq; triste noscemus:nec imagines supbas. ℂ Nescio quis. Crispinū intelligit cuius superbiam paulo superius ostendit. ℂ Aegyptius: Asiæ prima ps Aegypt⁹: cui ꝓpinqua arabia:quod Mella scribit:propterea Iuuenalis ait. Aegyptius atq; arabaches.i.arabum princeps:eorum scilicet:qui tunc in urbe erant per quod etiam eum taxat conditionis libertinæ ostendens.

Ipse dies pulchro distinguiť ordine rerum
Sportula:deinde foꝝ:iurisq; peritus apollo:
Atq; triumphales:inter quas ausus habere
Nescio quis titulos ægyptius atq; arabarches

Virtus

Fortitudo

Cornices

Politian⁹

Prætor

Honos

Forum Augusti

Aegyptius

DO.

ℂ Quinq; tabernæ:non de numero tabernarum loquitur:ꝙ tantum quiq; essent. Sed romæ ita quædam tabernæ appellabantur iuxta forum:eædem septem dictæ sunt. Liuius: Arserunt tabernæ circa foruꝫ: quæ olim septem:nunc quinq; dicuntur.eas hic posuit pro omnibus prædiis uicinis foro quæ preciosiora sunt: hanc meam sententiam quam quod sine arrogantia dictum sit (primus hoc loco excogitaui ut ī aliis multas: Fidentinus ex scriptis nostris accipiens commemorat quidem tanquam alienam:sed ñon probat) quid mirum? non percipit. ℂ Quadrigenta.i.censum equestrem:qui quadringentis sestertiis continebatur Tiberii edicto: Plinius auctor. ℂ Pallante: Pallas ex Archadia auctore Tacito libertinæq; conditionis immensas opes possedit Claudii indulgentia:temporibus Neronis necatus est:ꝙ nimium longa senecta grandeꝫ pecuniam occuparet:eius frater fœlix iudeæ præfectus est. ℂ Et licinis. & Licinum diuitem fuisse ostendit Persius: Nnunc licini in campos:nunc Crassi mittit in ædes:hunc libertinæ conditionis intelligere placet: ut conueniat cū Pallāte. De licinio Stolone:cuius meminerit Valerius Liuius Plinius:ꝙ.s.cētū iugera agri habuerit:& eo noīe sit dānat⁹:qm̄ plus possideret q̄ ipse lege sua ꝑmiserat:nō cōuenit. Licini tōsoris meminit Horati⁹. Sꝫ meli⁹ ad aliquē libertoꝝ hoc cognomē referet. ℂ Expectēt ergo tribuni.i.cedāt nobis milites quibus

tes: quibus iperator nos æquauit officiis cõmunicatis: nã parẽ ꝑtoribus locũ uolumus: quẽ habuit Pallas. ¶ Quinq; tabernæ: Aut in genere dictum est: aut quinq; tabernas intelligit: q̃ ex septem factæ sunt: postquam misso per campanos incendio conflagrarunt. ¶ Quadringenta: subaudi sestertia: qui census erat q̃storis. ¶ Purpura magis optandũ: purpurã pro insigni nobilitatis posuit. nam ut in naturali historia legimus: pro maiestate purpura pueritiæ erat. & curiam distinguebat ab equite. ¶ Coruinus: ex gẽte coruina: quæ a coruo propugnatore Valerii aduersus ferocem gallum: denominata est. ¶ Pallante: & licinii. Pallas Claudii libertus ĩ magnas opes elatus est. Licinius quoq; ditissimus habitus fuit. ¶ Sacro nec cedat honori: hoc est tribunitiæ dignitati non cedat quæ sacra erat: Nã quũ primum in monte sacro creati tribuni fuissent: sacratã legem: autore Liuio: latam constat. Ad sacratas leges Põpeius festus eas appellat: quibus sãcitum erat: ut siquis aduersus eas fecisset: sacer alicui deorum esset: cuꝫ familia pecuniaq;. ¶ Pedibus albis cretatis. siue gypsatis: Cretam argentariam appellat Plinius: ꝙ colorẽ argenteum reddat: quæ & uilissima erat circunducebatq; ad uictoriam notã: pedesq; uenalium transmare hac denotare instituerunt maiores: quod tetigit Tibullus dicẽs Vera loquor: regnum ipsa tenet quæ sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes: Et Ouidius in amoribus. Despice gypsati nomen inane pedis. Ergo insigne uenalitii gregis secũ Crispinus attulit: quum in urbem deuectus fuit: & facete innuit transmarinum fuisse.

MER. Purpura nobilium

Sacer honor

Creta argeutaria

¶ Quinq; tabernæ: quæ reditum parant: tabernæ ꝙ tabulis apud ueteres: ut Diomedes putat cooperirentur. ¶ Quadringenta: subaudiendum sestertia. ¶ Conductas coruinus oues Coruinus nobilissimus genere sed pauper utrum. M. Valerium messallã dicit: cuius in historia meminit tacitus. ¶ Pallãte & licinis. qui nobiles fuerunt. Licini autẽ dicti sunt crassi: pallas libertus: ut inqt ꝓbus: claudii cæsaris officiũ rõnum administrauit: & in nũero prætorũ relatus ꝙ primũ percunctantẽ cæsarẽ de icestu agrippinæ ad nuptias confirmasset: eãq; ipse consuetudinẽ stupri adeo palã fecerat: ut in quodã simulachro pallãtiæ mineruæ ascriptũ sit pallas. αιτίωνται. de quo in quadã epistola Pli. secundus hoc magnũ uotum senatus hoc præcipuum gaudiũ populi hoc libertatis materia gratissima: si pallãtis facultates adiuuare publicorũ operũ egestione contigerit huius etiam tranquillus meminit. ¶ Et licinis. licinius inqt ꝓbus ex germania puer captus tantæ industriæ fuit ut reliquis cibarioꝝ iter conseruos fœneraret: & cui qd credidisset quali poterat chirographo pugillaribus subnotaret: quos cũ expeditione quad : transiturus flumẽ in uestimentis recondidisset C. Iulio cæsari quodã denegãte ei pugillaribus quicq̃ annotatũ barbarus lugens eos obtulit: statim ad dispensationẽ est admissus ñ multopꝰ manumissus. & deinde curationi galliaꝝ ab Augusto ꝑpositus eas spoliauit & cũ flagraret inuidia basilicã sub nomine Caii Iulii ædificauit. decessit sub tyberio: ꝓinde diues fuit ꝙ crassi opes ẽt exhausisset: & dictus ẽ habuisse nũmos q̃tum milui uolant: unde Persius. Nũc licini in campos nũc crassi mittit i ædes. ¶ Sacro nec ce. ho. tribũoꝝ: q ad sportulã ueuerant: est ãt sacrum: ut Trebatius ait. quicqd est qd deorum habetur. ¶ Nuper i hanc urbem pedibus qui uenerat albis: aliis calceis necdũ acceptis qui nigri sunt: aut nudis: aut pulueruletis: aut cretatis sicut in seruis mos fuit. Plinius. Alia creta inquit argentaria appellat̃ nitorẽ argenteũ reddens: estq; uilissima & qua pedes uenaliũ seruoꝝ trãsmare aduectoꝝ denotare instituerunt maiores. Ouidius. Nec tu siquis erit capitis mercede retentus. Despice gypsati nomen inane pedis. Tibullus. Barbara gypsatos ferre catasta pedes. ¶ Pedibus qui uenerat albis: Probus hic exponit alias consuetus habere brachas. ꝙ pedales nouos haberet in brachis: quos pedurnos dicũt: uel ꝙ non nigris nõ calceis senatorum: unde urbãe ostendit plus honoris in calceis esse quam in persona.

VAL.

Cuius ad effigiẽ. non tantum meiere fas est.
Vestibulis abeunt ueteres lassiq; clientes:
Votaq; deponunt q̃q̃ longissima cœnæ
Spes hoĩm: caules miseris atq; ignis emẽdꝰ
Optima syluarũ iterea pelagiq; uorabit
Rex hoꝝ. uacuisq; toris tantũ ipse iacebit:
Nã de tot pulchris: & latis orbibus: & tam
Antiquis. una comedunt patrimonia mẽsa
Nullus iã parasitus erit: sed quis ferat istas
Luxuriæ sordes? quãta ẽ gula quæ sibi totos
Ponit apros aĩal ꝑpter conuiuia natum?
Pœna tñ præsens: quũ tu deponis amictum
Turgidus: & crudũ pauonẽ ĩ balnea portas
Hinc subitæ mortes: atq; intestata senectus
It noua. nec tristis ꝑ cunctas fabula cœnas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.
Nil erit ulterius quod nrĩs moribus addat

¶ Non tantum meiere: sed etiam egerere: Vnde Horatius. sat. viii. in primo uolumine ait: Atq; in me ueniat mictum: atq; cacatũ Iulius: Et suetonius scribit Neronem fuisse religionum contemptorẽ: ꝑter unius deæ syriæ: quam mox ita spreuit ut urinã cõtaminaret alia superstitione captus. ¶ Vestibulis abeunt: nisi uti superius exposui intelligatur ibi. s. ipse dies pulchro &c. hic locus non recte exponi poterit: nam illud hoc aperit. Vestibulis autẽ idipsorũ. s. diuitum. Et autem uestibulum locus ante ianuam domus uacuus ꝑ quẽ de uia aditꝰ accessusq; ad fores ædium fit. Ipsa enim ianua procul ab uia fiebat area intersita quæ uacaret. Auctor Macrobius. li. vi. sat. ¶ Veteres: propter hoc arguit magis amãdos a diuitibus ipsis. Lassiq;: satis supra cur lassi offendimus. ¶ Votaq; deponunt: ordo ẽ & deponunt cœnæ uota q̃q̃ longissima: Appositio spes hoĩum ꝑ acclamationẽ erat enim qd minimũ qd sperabant: longissima autem dicit: qm̃ serius domum reduxerant diutiusq; esurierant postea iam nona hora nam dec ma erat mensæ ut patuit. Sensus uero est Vestibulis abeũtes clientes cœnæ spem reliquebant. quiuis diutius eam spassent atq; expectauissent: ultra scilicet sportulam: quæ erat centum quadrantum. ¶ Deponũt. non enim recta cœna dabatur eo tempore. sed.

MAN

Vestibulum

ſportula tantum. ℭ Emendus ex quadrantibus.ſ.ſportulæ:quos loco cœnæ acceperant. ℭ Interea:dum clientes emebant caules & ignem ex centũ quadrantib⁹ ℭ Vacuis:quia ſolus ſine clientibus. ℭ Toris:lectulis:ſeu puluinis: quibus ſtratis olim ueſcebantur hinc

Poſteritas:eadem cupient:faciētq; minoris:
Omne in præcipiti uitium ſtetit:utere uelis:
Totos pāde ſinus:dicas hic forſitan unde

Triclinium Triclinium ab tribus lectulis ſtratis dicebatur. ℭ De tot:pro ex tot. ℭ Orbibus. Citreas menſas intelligit. de quibus Plinius ipſe.li.xiii.c.xvii.multa dixit. Vbi ſm quoſdam Cedrus Pro Citro male legitur: Ex hac Citree menſe autem arbore menſe magno emebantur:nec putredinem ſeu cariem ullam ſentiebant:propterea dixit & tā antiquis. Eſt autem Citrus apud Mauros plurima. In principio uero dicti.li.xiii.& Cedri & Citri legiť. Po Parasit⁹ tes & argenteas patinas intelligere. ℭ lam:quia ſoli optima edunt diuites. ℭ Paraſitus:cliens is enim para ſitus dicebatur:qui omnia cibi gratia laudabat tolerabatq; etiam. Dicitur autem a para:quod eſt iuxta & ſiton cibus:ſitos uero frumentum. ℭ Quanta eſt gula:philoxenus eryxius uoluptatibus deditus epularum Philoxeni gula. præcatus eſt ut longius ſibi guttur q̃ gruis fieret:propterea ꝙ tactu delectabatur. Auctor eſt phyloſophus li.iii.eth. Gula autem ut idem oſtendit li.i.de animalibus intra collum eſt cui comes Arteria iungitur prio Gula rem oqtinens ſitum.nam chartilagine arteria conſtat.& ſāguinis q̃q̃ exigui compos eſt uenulis complexa Arteria tenuibus Arteria:accipiendi reddendiq; tantũmodo ſpiritus officio fungitur.libro uero ſecundo eiuſdem Animal operis ait:ꝙ gula incipiens ab ore deorſum tendit ad pulmonem ſeptumq; tranſuerſum: hinc ſe ad uentrē applicat maiorem: Animal. Macrobius li.ii.de ſo.ait. Animal eſſe corpus animatum. ℭ Conuiuia:de cōuiuio uideto in ſat.xi.uideto etiam plurima apud gel.li.xi. ℭ Luxuriæ:uoracitatis. Sordes maculas uitia. Apodyterium ℭ Deponis amictus.uidelicet in apodyterio.i.ſpoliatorio. Apodyo enim exuo ſignificat. ℭ Turgidus: cibo repletus:quod quidem iniquum eſt Nam ut ſcribit Cicero in catone maiore tantum cibi & potionis adhibendum:ut reficiantur uires non opprimantur. Nec uero corpori ſolum ſubueniendum eſt ſed ēt mēti atq; animo multo magis. ℭ Crudum pauonem: id eſt indigeſtum: incoctum nimio luxu. Cruditates autem ut refert Macrobius li.vii.ſat.eueniunt aut qualitate ſucci: in quē cibus uertitur:ſi non ſit aptus humori:qui corpus obtinuit: Aut ipſius cibi multitudine non ſufficiēte natura ad oīa quæ congeſta ſunt concoquenda. ℭ In balnea portas inſtituerunt enim medici q̄dā balneas ardentes teſte Pli.quibus perſuaſeř cibo cōcoq:multi uero ad ſepulchrum aſſabantur. ℭ Hinc ſubitæ mortes ab luxu uidelicet:cuius quidē mod⁹ eſt optimus:de Socrate enim laertius ſcribit:ꝙ adeo parce ac temperate uixit:ut cum athenas lues ſæpenumero uaſtaret:ſolus ipſe nunq̄ ægrotauerit. Et Horatius li.i.epi.ad uillicum ſuum ait. Cœna breuis iuuat. Cibi modus ℭ Atq; inteſtata ſenectus:omnia luxu cōſumpſerant:hinc ſenes effecti nihil teſtari poterant:ſeu ſubita morte oppreſſi inteſtati moriebantur. ℭ Ducitur.funus funerale uerbum. Vir.li.iiii.g.de apibus: Tum corpo Funus ra luce carentum exportāt tectis:& triſtia funera ducunt. Ducitur autem funus.i.fiunt exequiæ:ſeu effertur funus.i.cadauer ipſum.funus præterea:quum exequias deſignat ab funalibus dicitur:quum uero mortē ſignificat ab græco trahitur:nam phonos cædes interpratatur. ℭ Plaudendum:lætitiæ dandum. ℭ Iratis: nihil enim bonorum illius habuerant. ℭ Nil erit ulterius:poſtq̄ poeta ipſe uaria diuerſaq; uitia ſupra oſtendit merito hæc uerba profert. In præcipiti:in abrupto & cacumine ac ſũmitate:adeo ꝙ ulterius progredi ñ poteſt. ℭ Vitium:dixit pħs auctore laertio:uitium ad miſeriam atq; infœlicem uitam ſufficere: quantum Vitium libet corporis affluat bonis. ℭ Vtere uelis:ſeipſum hortatur ad ſcribendam ſatyram:uel monitorem amicũ itroducit. Loquitur autem metaphoricos:nautæ enim uelis utuntur:quo citius portum teneant. ℭ Sinus:ingenii uires. ℭ Dicas:dicere poſſes.

DOM. ℭ Comites:idem togati dicebantur. ℭ Hic toga:ñam ex ſportula comites aliquando togam emebant. Martialis: Vnde tibi togula eſt: ℭ Centum quadrantes:nā tot dabantur ex ſportula Mart. Dat baiana mihi quadrantes ſportula centũ. Idem Tacitus ſcribit.

MER. ℭ Vt colitur pax. Romæ ara pacis erat:cui alba uictima ſacrificabatur. Templum autem magnificentiſſi Tēplũ pacis mum:& opulentiſſimũ paci conſtituit Veſpaſianus & Titus:ut auctores ſunt Plinius & Suetonius. ℭ Atq; fides:Numa pompilius:ut Liuius refert:fidei ſolēne inſtituit:ad id ſacrarium flamines bigis curru arcua Solēne fidei. to uehi iuſſit:manuq; uſq; ad digitos inualuta:rem diuinā facere. Significantes quidē tutandam ſedē eius & in dextris ſacratā eſſe. ℭ Victoria:Et huic deæ ara erecta eſt:quæ uſq; ad ambroſii tēpora durauit:qui cōtra Symachum:de tollenda ara uictoriæ ſcribit. ℭ Virtus.huic deæ & honori.M.Marcellus ædem conditit:ut Plutarchus & ualerius tradunt Concordiæ ædem ſæpius erectam:& dedicatam fuiſſe ſcribit Liuius quā deam ſub imagine ciconiæ colebāt:q̄ auis:ut Ambroſius ait:romano uſu pia uocať:ob hanc uideli Ara uictoriæ cet cām:ꝙ ciconiarum pulli parentibus iā ſenio confectis & longa ætate inualidis:& opē:& alimenta miniſtrarent in mutuā recompenſationē:Nam & græci antipelargoſin retributionē appellant:deducto uocabulo a ciconia.quā illi pelargon dicunt: Prouerbium græcum eſt αντιπελαργειν pro ferre gratiam:unde i regũ ſceptris ſuperne ciconiam figurabant:inferne uero hippopotamum quippe ſignificantes uim iuſtitiæ parare q̄do hippopotamus aīal ſit iniuſtiſſimũ. ℭ Summus honor: Diuites Nam & ſupra libertinũ diuitem tribunitiæ poteſtati:quæ ſacroſancta fuerat: p̄poni conqueritur. ℭ Computet:Subducēdo rationes utriuſq; paginæ:ān ũeret inter redditus aunuos rationem ſportulæ. ℭ Comites.togati:q deducunt diuitē. ℭ Hic ex ſportula querendus eſt oīs uictus. ℭ Denſiſſima:quæ multos contineat:in qua ſint uxor & filii. ℭ Centum quadrantes:quæ ſummula non ſufficiens erat:uel ad famem exaturandam. Vnde Martialis. Dat baianā mihi quadrantes ſportula centum. Inter delicias quid facit iſta fames? Nouumq; notat captandæ ſportulæ aucupium. Nā mariti plurimi uxores:tũ langueſcentes:tũ grauidas circũducebāt: & interdum clauſa

cella

scella: quæ uacua erat ementitæ uxori partem petebant. ℂ Galla mea est inquit: Non ille pide subdit uerba maritorum: & dispensantis sportulam.

ℂ Sanctissima diuitiarum maiestas ironicos dictũ: sanctum inquit Mar. est quod ab iniuria hoium defensum atq; munitũ est sanctum autẽ dictũ est a sagminibus: sunt ãt sagmina quædã herbæ quas legati populi Romani ferre solent nequis eos uiolaret: sicut legati græcorũ ferũt eaque uocant cerithia: in municipiis quoq; muros esse sanctos sabinũ recte respondisse cassius refert. ℂ Diuitiarũ maiestas. deest est. ℂ Et si funesta pecunia. quæ p furta & paricidia congeritur. ℂ Tẽplo nondũ habitas: necdũ diis consec ata es nec in numero deorũ haberis ut pro dea colaris. dicta a pecudibus pecunia: Oui. Cætera luxuriæ nõ instrumẽta uigebãt Aut pecus aut latã diues hẽbat humũ. Hinc ẽt locuples hic ipsa pecunia dicta ẽ: idẽ Pli. idẽ Varro ait. ℂ Vt: quẽad modũ colit. ℂ Salutato crepitat cõcordia nido. In tulela cõcordiæ ciconia ẽ. Tẽplũ cõcordiæ inqt pb⁹ẽ uet⁹i quo ciconia multa ẽ: aut q̃ ueniẽtibus salutatũ cõcordiæ crepitu cõsensũ pdebãt. & satyrice salutato nido non tẽplo cõcordiæ crepitat nostro cico. ia. s. q̃ concussione rostri sonitũ pacis uidetur reddere. ℂ Sed cum sum. ho. Sed cum senatores auidi sportulæ sint. quid parasiti facient comites & asseclæ. ℂ Dẽsissima: maxime stipata eunuchis. ℂ Centum quadrantes lectica petit. lectica nobile uehiculũ. Lecticarũ usũ inquit pbus primi dicuntur inuenisse bithyni. Cicero. nã una haud mos est bithynie regibus uehi lectica. ℂ Lecti. pe. octophoro inqt pbus uehat. ℂ Hic petit absenti. subaudiendũ uxori. absenti p absẽte. ℂ Nota iã cal. ar. nota fallacia q̃ simulat uxorẽ in lectica portari cũ ibi aut eunuchus portet aut ancilla aut iterdũ qđ uerũ ẽ in aĩs ducat. ℂ Profer galla caput: fac roget. ℂ Noli uexate: portẽtis uox ẽ.

Ingeniũ par materiæ ẽ? unde illa priorum
Scribẽdi quodcũq; animo flagrãte liberet
Simplicitas cuius non audeo dicere nomẽ?
Quod refert dictis ignoscat mutius: an nõ?
Pone tigillinum: tæda lucebis in illa:
Qua stantes ardẽt qui fixo gutture fumãt:
Et latum media sulcum deducit harena.
Qui dedit ergo trib⁹ pruis acõita uehatur
Pẽsilibus plumis atq; illic despiciat nos.
Cũ ueniet. cõtra: digito cõpesce labellum.

ℂ Ingeniuꝫ: naturalis sapientia ingenium est: auctore nonio: Et uictorinus in Rh. sic ait: Ingeniũ est uis quædam naturaliter animis insita: suis uiribus præualens. In ingenio itaque & sapientia est & eloquentia. ℂ Materiæ: uitiorum. s. Vnde illa priorum: flaccus id satyra quarta ostendit: Eupolis atq; Cratinus: Aristophanesq; poetæ. Atq; alii quorum comœdia prisca uirorum est. Siquis erat dignus ascribi ꝙ malus aut fur. Quod mœchus foret: aut sicarius: aut alioqui famosus multa cum libertate notabant: hinc omnis pendet lucillius hosce secutus mutatis tãtum pedibus numerisq; facetus Cicero demum. li. iiii. tusculanarum: scribit: ꝙ ne liceret carmen fieri ad alterius iniuriam leges sanxerunt. ℂ Simplicitas. libertas: simpliciter enim loquitur: qui aperte & libere dicit. Est autem libertas potestas uiuendi ut uelis. Auctore Cicerone i parad.

ℂ Cuius non audeo dicere nomen. Domitianus enim libertatẽ ipsam oppresserat. ℂ Quid refert dictis. loquitur adhuc amicus: & sensus est. Si Mucius scæuola in quẽ olim lucillius inuectus ẽ i se dictis parceret uel non: nihil referret: & id qm̃ nulli erant impatores: sed respu. libera hinc lucillius eũ libere carpe potuit: Nũc uero minime liceret ipune aliquẽ carpe impatores eim ulciscerent. Hinc ait pone Tigillinũ. ℂ Refert distat. ℂ Dictis. in se ab lucilio quondã. ℂ Pone Tigillinum: ut olim muciũ lucillius posuit. Tigillinum uero idest hominem gratũ impatori: ut fuerat Tigillinus Neroni. De tigillino aũt latius dictum est superius ibi. Cum fas esse putat &c. Pone tigillinum. tæda lucebis &c. hinc Cicero li. ix. epistola ad papyrium optime ait. Reliquum est neqd stulte nequid temere dicam faciãue contra potentẽ. ℂ Tæda. affixo ligno: qđ tædam appellauit: quia uti tæda arderet. Fixo gutture. s. unco quo tracti fuerant in arenam ad scalas gemonias: ubi postea pendentium crura frangebantur: & iniecto igni ardebant. Vel fixo gutture fumant: qm̃ affixi palo ut Seneca tradit combureerebantur: uel ut Suetonius refert: quia noxis gladii Mucro mento supponebat ut uisendam faciem præberent omnibus. ℂ Deducit. ordo est lucebis: in illa tæda: qua ardent stãtes: qui fumant fixo gutture: & qui deducit latum sulcum in media arena per quod non omnes qui utebãtur unco tractos intelligẽdum. Is autem ordo uerissimus est: quem per me excogitatum: postea magis cõfirmauit quidam antiquissimus textus: erat enim super deducit p glosula qui appositum. ℂ Deducit. trahit. ℂ Qui dedit ergo tribus. Respondet amico poeta. ℂ Ergo: quia simpliciter ac libere in aliquos scribere minime nunc liceret uti quondam Lucilio. ℂ Tribus patruis: de ipso tigillino intelligendum: probus enim (ut aiunt) sic scripsit. M. ophonius tigillinus homo omniũ nequissimus tris patruos habuit: quos omnes: ut eorum hereditatibus potiretur: ueneno absumpsit: subtractisq; anulis & falso tabulis signatis hæreditates summo scelere consecutus est. Aconita. Solinus scribit in ponticis oris Aconem portum esse: qui prouentu malorum graminum usq; adeo celebris est: ut noxias herbas Acõ ta illic nominem⁹. ℂ Vehat. supple sine reprehensione. ℂ Pensilibus plumis. eleuatis i lectica. ℂ Quũ ueniet cõtra. cõsulẽtis seu cõmonẽtis amici uerba. ℂ Digito cõpesce labellũ. Perfer erit lucro ligua retẽta tuo iqt Oui. ℂ Qui. supple illi. ℂ Ipse dies: alii aliter hunc locum accepunt: ego ita sum interptatus: ꝙ Iuuenalis diuitum romanorum & nobiliũ auaritiam carpat: qui sportulã captarent non mõ mane salutabant domi quoscũq; prima & secũda hora poterant adire: nã prima & secunda hora salutationibus dabantur: sed ẽt tertiam in eo consumerent Venirentq; in forũ ad equites salutandos: qui iudices in triplici foro sedebant: nã tertia hora litibus forensibus erat destinata. Mart. Exercet raucos tertia causidicos. Eodem argumento idem in auarum salutatorẽ.

VAL. MAN. Ingeniũ libertas Tigillinus Aconitũ DOM.

Et mãe sudas urbis osculis udus. Foroq; triplici sparsus añ equos oẽs: Aedẽq; martis: q̃.s.erat i altero foro: & colosson Augusti in altero. ¶ Pulcro: ironice dictum. ¶ Sportula.s.petit: hoc est mane duabus horis salutant: & comitantur cã sportulæ. ¶ Deinde.s.tertia hora. ¶ Forũ.s.latium petit. ¶ Apollo iuris pitus: alterũ forum: ubi erat colossus Apollinis: de quo Pli. Videmus certe Appollinẽ in bibliotheca templi Augusti tuscanicũ qnquaginta pedũ a pollice: dubiũ ære mirabiliorẽ: an pulchritudine. & Tran. Tẽplũ appollinis in ea pte palatinæ domus excitauit: quã fulmine ictã desiderari adeo aruspices pnunciarunt. Et paulo p⁹. Quo loco iã senior sæpe ẽt senatũ habuit. decuriasq; iudicũ recognouit. ¶ Iuris pitus: nã ut dixi illic cõsidebant iudices: ad q̃d alludens Horat. cum de Bolano in ius tacto loquitur. Sic me seruauit appollo: idest iudices: ad statuam Appollinis sedentes ad quos tractus est Bolanus. Non ignoro tamen Porphirionẽ ex imitatione homerica eum locũ interpretatum esse & illud addi põt: quod tamen non probo: Iuris peritus Appollo: q; ab eo Lycurgus leges se accepisse dicebat: auctor est Dionysius. ¶ Atq; triumphales: tertium forum notat: quo ibant ad salutandos eqtes: q illic iudicabant: nã hæ erant in tertio foro. ¶ Inter quas. hoc in tpa sua dicit: qbus Domitianus insignia triumphaliũ statuarum p urbem sibi erexerat cuius rei dignitatem deprimit. cum dicat seruis quoq; triumphalem statuam datam esse: & ut scribit Tacitus Tigillino: & Coceo statuæ datæ sunt inter triumphales. ¶ Aegyptius aut arabarches: libertinæ conditionis hominẽ notat: quẽ ægyptium ẽt dixit in Crispini exprobrationem. ¶ Meiere: nam quæ contẽnebant simulacra spargebat urina: ut Nero in statuã deæ syriæ urinam pici iussit: auctor Tranqllus. ¶ Deponunt nõ cœnæ: nã Domit. nondũ substulerat sportulas: & rectã cœnã dari iusserat clientibus: quod postea fecit ut ẽ apud Ttranquillũ & Mart. Centũ miselli iam ualete quadrantes. ¶ Emendus: ex centũ. s. quadrãtibus sportulæ quos loco cœnæ acceperunt a diuite. ¶ Vacuis toris: ut ante dixit: Ac nuda pene cathedra: quia. s. solus iacebat: quod Fidentinus latrando non audit. ¶ Orbibus. i. mensibus citreis: quæ dimidiatis orbibus fiebant: & orbes a Martiale sæpe appellantur. Vt maurusiacis substentẽ dentibus orbes. ¶ Rex horũ: regẽ Horatius Columella: ut alibi dicemus: Martialis. Iuuenalis eũ appellat: qui multos habet cliẽtes: ut hoc loco. ¶ Rex horꝫ: quẽ colunt. ¶ Totos apros: Seruilius Rullus eius Rulli. qui in consulatu Cice. legem agrariã promulgauit pater primus romanorum solidum aprum epulis apposuit: auctor pli.

MER ¶ Pulchro ordine: Ironicos dixit. ¶ Forum iurisque peritus apollo: Forum Augusti uidetur significare. Vbi & apollinis imago & statuæ triumphales stabant: Quod in quibusdã endecasyllabis Martialis signat sic dicens. Nec litis tetricas: forumq; triste Noscemus nec imagines supbas. Ast in Augusti foro: ut Plinius scribit Apollo fuit eborius iuxta: quem uadimonia constituebant Oratius quoq; de hoc apolline uidetur intellexisse quum dixit in Sermonibus: Sic me seruauit apollo: quem peritum iuris hic apellat. ¶ Aegyptius aut arabarches. Arabarchen potiusq̃ ægyptium Crispinum appellat: quem non insulse arabum principem dixit. Lego apud Iosephum in ultimo antiquitatis libro: & Eusebium Cæsariensem Alabarchen dictum salis præfectum: & fuisse honoris appellationem apud ægyptios Arabas & iudeos. Vnde non incõgruum foret. alabarchen legi. ¶ Spes hominum: quasi acclamatio quædam: in qua sit sita longa hominũ spes. ¶ Vacuisq; toris: quia prisci stratis tribus lectulis epulabantur: quod triclinium dicebatur. ¶ Recumbet: iacebit. ¶ Pulchris & latis orbibus: Mensæ ut diximus citreæ erant lautæ atq; politæ: quas diuites quolibet magno præcio parabant: quum pauperes uix testa sustinerent mensas suas: Martialis. Tu libycos indis supendis dentibus orbes. Fulcit testa fagina mensa mihi. Et Seneca ad Helbiam matrem. Magni leuati q; mensarum orbes terena sunt pondera. ¶ Nullus iam parasitus. Parasitus primum in honore fuit: utpote qui sacro ministerio addictus esset. Postea uero pro eo capitur parasitus: qui oblectationis gratia ad mensas diuitum admittebatur. Fit autem a παρα quod est ad & σῖτος cibus. Primusq; Epicharmus auctor polluce hac dictione usus est. ¶ Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros: hos apros a pondere mille librarum miliarios appellant Varro & Seneca. Nam in. xxi. epistolarꝫ moralium hæc legimus. Non magnam rem facis q; uiuere sine recto apparatu potes q; non desideras miliarios apros nec linguas phenicopterorũ & alia portenta luxuriæ iam tota aialia fastidientis: solidum uero aprum ut Plinius refert romanorum primus in epulis apposuit Publius Seruilius pater eius Rulli: qui in Ciceronis consulatu legem agrariam pmulgauit. ¶ Propter conuiuia natum: Idem tradit auctor ex alio animali numerosiorem materiaꝫ ganeæ non fuisse. Nam quinquaginta sapores prope huic fiebant: quum cæteris singuli fierent.

Apollo

Arabarches

Eusebi⁹ ces.

Alabarches

Triclinium

Libyci orbes

parasit⁹

Epicharmus

Miliari apri

VAL. ¶ Ipse di. pul. di. ipse pro toto ponitur sic totos dies inquit consumunt diuites dum ad sportulam uadunt: aut ad forum inde ad templum Apollinis librorum aut iurisperitorum causa: inde ad triũphales imagines inspiciendi gratia: & interea clientes eorum domi expectauerunt: & cum illi sero se domum receperint soli cœnaturi sunt: & spes quæ sola fuerat clientibus discumbẽdi cũ dominis tadẽ deponitur. ¶ Iurisq; pi. apol. qui inter iurisperitos statuam habet. hic ẽ apollo inquit pbus cuius & Hor. meminit: me seruauit apollo. licet id ab homero semptũ qdã existiment: iuriscíuilis & liberalium disciplinarũ bibliothecã in tẽplo apollinis palatini augustus dedicauit. unde Hor. Quid mihi celsus agit monitus multũq; monendus. Priuatas: ut querat opes & tangere uitet. Scripta palatin⁹ quæcũq; recepit apollo. Ibi circa ædẽ apollinis iuris studiosi conueniebant: siue quod Cicero domũ scæuolæ oraculũ dixit ciuitatis: siue q; tam deuia iurisperitorum responsa sint ut etiã inquit pbus q̃ appollinis. ¶ Atq; triumphales: subaudiendum imagines uel statuas. ¶ Aegyptius. per egyptiũ cri pinũ incessit triũphalibus ornamentis & statua donatum. ¶ Arabarches. ut libiarches arabum princeps inuidiose tamen dictum. ¶ Ad effigiem. in cõspectu non tantũ meiere. sed & spurciora facere. ¶ Vestibulis abeũt. uestibulũ domus ingressus. Oui. Hinc quoq; uestibulũ dici reor inqpcando: Dicimus o uesta quæ loca prima tenes. ¶ Abeunt. sero recedunt. ¶ Clientes. diuitũ. ¶ Quãq̃

longissi.

longissi.cœnæ spes.i.licet hi non multū hēant apud se quod cœnent:tamen non patiūt diuitū mensā expectare. ¶ Caules mis.at.ignis emē.deest.spes hoi hæc manet.caulas p qbuscūq; oleribꝰ posuit.sicut ignē p lignis cū sit caulis herbæ ea pars unde se producit folium:Plinius lactucæ græci tria facere genera. unū lati caulis:inde subnectit alterum rotundi caulis.tertiū sessile.quod laconicō uocāt. ¶ Optima fil.quæ de ueneratione sunt optima. ¶ Et la.or.mēsis quæ orbiculatæ fuerunt:pbus exponit mēsas citreas q̄ inqt antiqtus i magno pcio hēbant. uel de marmore.uel quæ de indico ebore affabre factæ sunt. ¶ Luxuriæ sor. quanta est gula quæ sibi totos ponit apros.apud antiquos enim magnificentiæ uidebant appatus si cui i cōuiuio ap iteger exhibitꝰ eēt.Mar.Iste tibi faciet bona saturnalia porcus.Inter spumātes elice pastus apros

Accusator erit qui uerbum dixerit:hic est.
Securus licet æneam:rutulumq; ferocem
Cōmittas:nulli grauis est percussus achilles
Aut multum quæsitus hylas:urnāq; secutꝰ:
Ense uelut stricto quotiens lucillius ardēs
Infremuit:rubet auditor:cui frigida mēs est
Crimininibus:tacita sudāt præcordia culpa.
Inde iræ & lachrymæ:tecū priꝰ ergo uoluta
Hæc.animante tuba galeatum sero duelli
Pœnitet:experiar quid concedatur in illos:
Quorum flaminia tegitur cinis atq; latina.

¶ Verbum dixerit:sic legi aiunt in antiquissimis codicibus:quod quidem magis superiori sententiæ conuenit:Nam si etiam bene diceres accusator tamē falsa referret:hinc tacere melius. ¶ Hic est:eiusde; amici ostēdentis accusatorem uox est. ¶ Securus licet Aeneam: per hunc & alios subsequentes mortuos tantu;:& quasi incognitos uiuentibus impune reprahēdi posse ostēdit. ¶ Aenea;:Aeneas laudabilis interpretari potest: αινοσ enim laus:αινεω laudo:Anchisæ autem troiani & ueneris filius troianoꝝ dux fuit:de quo late Maro:& Liuius. ¶ Rutulumq; ferocem:Turnum intelligit rutulorum regem:qui ardeam incolebat antiquo in latio sitam:Vnde & Strabo.li.v.appellat ardeā Rutulorum coloniam:de distantia uero ab mari:quā ponit ipse secus est:nā lōge ppior mari ē:pōit eni stadia. lxx. ¶ Cōmittas:tuæ satyre iseras. ¶ Percussus reprehēsus ab aliquo. ¶ Hylas.Is ut strabo docet lib.xii.ex sociis herculis fuit q ēt argonauta erat.Probus addit ꝙ in mysia dum ad hauriendam aquam Ascanii fluuii urnam extulisset:& ad ripam accederet adamatus ab nymphis:& raptus est.Strabo uero iuxta prusiadē urbem in bithynia fuisse scribit:ubi festa quædam celebrantur:in quibus per montes uagi ac saltantes hylam uocabant:ὑλαω autem resono:uel clamo significat. ¶ Ense uelut stricto:consulere Iuuenali amicus uidetur ne reprahēdendo aliquos nominet: quisq; enim suæ culpæ conscius in se quoque reprahensionē accipiet:q̄uis minime nominatus. ¶ Velut.tanq̄. ¶ Stricto:euaginato. ¶ Ardens.iracundus. ¶ Infremuit:reprahendendo exclamauit insonuit.Est enim fremere magnum sonare:ut Nonius ait. Virg.fremit impia plæbes. ¶ Rubet auditor:speculum enim mentis est facies (ut inqt hieronymus de castitate loquēs)& taciti oculi cordis fatentur arcana. ¶ Rubet auditor:id quidem pudore accidit:Natura enim quum aliquid ei occurrit honesto pudore dignu; imū penetrat sanguinem:quo cōmotc atq; diffuso cutis tingitur: & inde nascitur rubor:qui color est sanguinis:quem natura pudore tacta ante pro uelamēto tendit:ut phisici dicunt:de quo legito Macrob.li.vii. ¶ Cui frigida.mens est criminibus Vacare culpa magnum est solatium inquit Cicero li.vii.epistola.ad Trebatium. ¶ Frigida mens criminibus:scelerum timore id euenit Vnde etiam tremere solent qui timent:quia uirtus animæ introrsum fugiens neruos relinquit quibus tenebatur fortitudo membrorum:& inde saltu timoris agitantur.de hoc etiam Mac.li.vii.sat. ¶ Tacita:latenti. ¶ Sudant:propter angorem ipsius culpæ & anxietatem. ¶ Præcordia.Exta homini ab inferiore uiscerum parte separantnr membranis quæ præcordia appellant:quia cordi prætenduntur.Ply.libro.xi.Interpres item aristo.li.i.de animalibus sic ait:Tenuissimum medio sub pulmone septum transuersum pectoris est:quæ præcotdia & cinctum appellant:costis & subcartilagineis spinæ annexum parte media tenue mēbraneaq; exilitate cōtextum. ¶ Inde ex culpa & intellecta reprahensione:q̄uis minime nominatus irascit: quid igitur ageret nominatus?Iræ.scilicet ueniunt:& lachrymæ solent enim prænimia ira etiā lachrymari. ¶ Peius.anteq̄ aliquem reprahendas.Ergo : qm̄ reprahensi maxime irascūtur & scribendi libertas ablata est.Hæc quæ superius dicta sunt. ¶ Animante tuba.i.hortante & impellente ad pugnam : quo uerbo Macrobius etiam usus est.li.i.de som.sic dicens.Spe; regis animauit. ¶ Et li.v.sat.sic.Sed & spe futuræ fœlicitatis animauit. Vel si animæ ante tubas uti i antiquissimis codicibus legi aiunt placeret sic construe.Ergo prius tecum uoluta hæc o Anime.i.o.mēs ante tubas.i.ante q̄ tubæ sonent ad pugnæ initium : hoc ē anteq̄ scribas:& sic poeta loquetur:nam seipsum cōmonet:Aliter enim amici uerba essent:Poetæ uero illa.Experiar quid concedatur &c. ¶ Duelli:hoc est belli:ex duello enim bellum factum est auctore Fabio. li.i. ¶ Experiar :ostendit se mortuos reprahensurum. ¶ Flaminia de hac iā superius. ¶ Latina . præclarissimæ sunt uiæ:ut Strabo docet.li.v. Appia latina. Valeria:Appia qiudem ad mare usq; sinuessam protenditur. ¶ Valeria uero in sabiniam usq; marsos:a tyburtinis enim capiens initium ad marsos & corphiniū pelignorum metropolin ducit:In ea latinæ urbes sunt Valeria:& carseoli:& alba. Inter appiam & ualeriā media latina est:quæ ad casinum oppidum coniugitur appiæ: ab capua decem & nouem distans stadiis. Transit autem latina per Tusculanos montes ad oppidum descendens Algidum postmodum in ipsa latina urbes sunt Ferentinum & frusino fabrateria iuxta quam Trerus amnis fluit. Aquinum quæ magna. ciuitas est:iuxta quam Melpis flumen labitur ingens.Casinum præclara ciuitas est latinorum nouissima hæc ex li.v Strabonis:Via autem flaminia & latina mortuorum tumuli erant:Vnde idem poeta satyra qn

MAN.
Aeneas
Ardea
Rutuli
Hylas
Hylao
ualeria
uia
ualeria.c.
Latia uia
Algidū
Ferētinū
Frusino.
fabra.eria
Aq.inū
Casinum
Latia uia

ta ait: Et cui per mediam nolis occurrere noctem: Cliuosæ ueheris dum per monumenta latinæ: Augusti quoque reliquias in Mausolæo hoc est monumento inter flaminiam uiam ripamque tyberis condiderunt: quod opus sexto suo consulatu extruxerat: circumiectasque syluas & ambulationes in usum populi tunc iam publicarat quod Suetonius scribit latius tamen Strabo libro quinto.

DOM. ¶ Deponis amictus: nam ante cœnam romani lauabantur: quod multis in locis indicat Martialis. ait igitur: qui tota uorant patrimonia: & epulis replentur in sequenti die cœnaturi cum se lauant adhuc sunt crudi: hoc est nondum cōcoxerunt pridianū cibū. Idem ex satyra Horatii eo uersu: Crudi tumidiq; lauamur: Quid deceat quid non obliti. ¶ Deponis amictus: scilicet in spoliatorio uel apodytero: id erat locus in balneis: ubi uestes reponebantur. ¶ Pauonem: primus hortensius posuit cœna adicialі: nam ita appellabatur cœna pontificum cū augur fuit: ut Pli. scribit. Sed Fidentinus olim scriptis suis: que ex nostris nuper emendare conatus est locum Plinii ita inseruerat Exic ali cœna sacerdotii: qa ut (si deo placet) interpræ tatur pauo exicialis est: & mortem affert: nunc uero deprauationē Pli. præceptoris secutus eundem locum ita refert adialitii cœna secerdotii: Sed oblitus pristini erroris non sustulit insequentia uerba: que olim addiderat: ea sunt: non enim facille digeritur. Orē ridiculam. o. hominē fustuariū: crudū appellat: non ꝓpter pauonis naturā sed propter nimia; ingurgitationē epularū: quæ multitudine sua concoq nō possunt ab his: quorum gulā carpit Iuue. Disce tandē cum præceptore tuo locū Plinii emendate legere: quem a Varrone Pli. accæpit. Varro de pauonibus: Primus hos. Q. Hortēsius augur in aditiali cœna posuisse dicit. ¶ Pauonē. M. Lurco: ut uaro est auctor supra sexagena milia nummū ex pauonum prouētu accipiebat. ¶ Intestatā: sine testamēto: quia nihil habent quod relinquant consumptis patrimoniis: ut illud Mar. Nihil dedit uxori cui dedit ergo? sibi. i. gulæ suæ. ¶ Iratis: dolentibus nihil sibi relictum esse. ¶ Vnde illa priorū. Monitorem introducit libertatē scribendi nō esse quæ olim fuerat: nā & ueteribus comicis olim quoq; lex præscripta est: ne principes ciuitatis nominatim notarent. Horatius: quin etiā lex pœnaq; nata malo: que nollet carine quenq̄ describi: & poetæ temporibus Domitianus auctore Tranquillo scripta famosa non sine auctorum ignominia deleuit: Sed Lucili⁹ qui ante occupatā rem. pu. ab imperatoribus satyrā scripsit: mira libertate & accerbitate Mutium Sceuolam & alios est insectatus nihil enim timebat ab imperatoribus cū nulli essent. Lucilius in mutium: Græcū te albuti q̄ romanū atq; fabinum Municipem ponti: tritanien centurionum: & demum chere Tite Mutii Albutius. hic est ille Albutius: cuius satyras esse scribit Varro lucilianо stilo. Amicus igitur monet Iuuenalē lucilianā libertatē sublatam esse. Persius: Secuit Lucilius urbem: Te lupe: te muti: & genuinū fregit in illis. Meministi ne Fidentine plagiarie q̄tis uocibus oli; clamabas: cū hanc sententiam in Silii interpræ tatione: quem publice ꝓfitebar recitassem: & tamen eam nunc accipis: in uersam quidē & male expositā: Sed inepte coniugis cum illa tua ueteri opinione Metiū Tarpā intelligens deprauato Iuuenalis uersu & sensu. Mutius non pro eo q̄ sit mortuus ponitur: sed ut sit sensus Lucilius nondum occupata ciuitate a tyrānis potuit libere carpe quem libebat: ut Mutium repræhendit: parū enim curauit irasceretur ne Mutius: an leuiter ferret. Sed postea q̄ apud imperatores multi gratiosi sunt quorum libidine cūcta geruntur: qualis fuit Tigillinus apud neronē nō est tutū in hos scribere: nā afficerēt supplicio.

MER. ¶ Quum tu deponis amictus: locus erat ad ministerium balnei: quē apodyterium uocabant latine spoliatorium In eo enim uestes loturi aut sudaturi deponebant: quas capsarii seruabant: Vt apud uitruuium Ciceronem & Plinium legimus. ¶ Turgidus: tumens & repletus. ¶ Crudum: incoctum: Vbi notandum ꝙ & cibus crudus dicitur: & homo crudus. qui non concoxit. Vnde cruditas stomachi: Sed quia dubitari potest cur post cibum balnea intrarent Columellam audiamus in prologo rei rusticæ sic declamantē: Mox deinde: ut apti ueniamus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus & exusto sudore sitim quærimus. Plinius item ad hanc sententiam hæc in medicos scribit. Igitur balneas ardentes his temporibus medici quidam instituerunt: quibus persuasere cibos concoqui. Ita ut nemo non minus ualidus exit & obedientissimi uero efferrentur ad sepulchrum: Quod institutum Persius & Iuuenalis notauerūt. ¶ Intestata senectus: quæ testamentum non fecit: & abintestato moritur. Intestatus autem est: ut Paulus ait: q nō tantum non fecit. sed & cuius ex testamento hæreditas adita non est. ¶ Ducitur: Verbum funerale. Virgilius. Et funera ducūt. ¶ Minores: posteri: & numero tantum plurali dicuntur quemadmodum & maiores. ¶ In præcipiti: in alto. Virgilius: Turrim in præcipiti stātem. ¶ Vtere uelis. Sumpta a nauigantibus trāslatio: qui ut uela magis a uento inflentur expansis omnibus finibus altius illa leuant: & uenuste reddidit priori translationi idoneum uerbum quum subdit. Totos pande sinus.

(Margin: Apodyterium; Crudus; Columella; Laconicum; Intestatus.)

VAL. ¶ Cum tu dep. amictus turgidus. cum sis indecoctus. & est figura hypallage pro cibo indecocto indecoctum hominem dixit. ¶ Noua. subita. Iratis plaudendum funus amicis. ꝙ intestatus mortuus sit: aut ꝙ ī eius testō non sint amici qcq̄ de eius hæreditate consecuti. ¶ Omne in præci. ui. ste. sic. Hor. dānosa quid non imminuit dies Aetas parentum peior auis tulit nos nequiores mox daturos progeniem uitiosiorem sensus est eo usq; hoium creuit ꝑbitas ut altius non possit conscendere: etenim oē uitium paulati crescit. ut ī dies fiat maius nūc augeri nō pōt: nā dixit. Nil erit ulterius qd̄ nostris morib⁹ addat posteritas: ¶ Vtere uelis. dictionis & satyræ. ¶ Totos pande sinus. incūbe materiæ nec in pœmis diutius immoreris.

SECVNDAE SATYRAE ARGVMENTVM.

Qui simulant curios satyra patuere secunda.

¶ Vltra sauromatas

Satyra secunda.



Ltra sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum. quotiens aliquid de moribus audent
Qui curios simulant: & bacchanalia uiuūt.
Indocti primum: q̄q̄ plena omnia gypso
Chrysippi inuenias: nā perfectissimus horū
Siquis aristotelem similē uel pitacon emit:



Ltra sauromatas &c. Indignatus poeta multorum hypocrisi: hoc modo exclamat. ℂ Sauromatas. Sauromatæ superiorem asiæ partem occupant: q̄ ad boreā conspicit: Ipsi enim sunt qui meotidem paludē circūhabitant ex amazonū semine pcreati. uastā quandam syluam inhabitant cuius per medium tractus tanais intra propinquā paludem dilabitur: multoq; prius inflatus borea & per scythiam diffusus immensam illuc conuehit glaciem: infœlicesq; illos facit qui uicina incolunt loca: ut Dionysius scribit. ℂ Glacialem oceanum. Superius ad boream cum sol ibi tarde tepideq; illuceat ob ipsius ab cursu distantiam: & ualatā altissimis collibus regionem: ex quibus obdurata inhorrescit glacie: quicquid ea loca circumfluit oceani ab concretis undis glacialem pōtum appellāt: aut ab eo q ibi fluctus interisse uideantur mortuum mare: q etiam Dionysius scribit. ℂ Audent. loqui. s. ℂ Curios. i. curii probitatem: Marcus eni; Curius dentatus: qui de samnitibus triumphauit & de sabinis tertio de lucanis pyrrhum epirotam ex italia pepulit: legatis samnitum aurum offerentibus cum ipse in foco rapas torreret: malo hæc inquit in fictilibus meis esse & aurum habentibus imperare. Demum sua plurima ob merita domus eius amplificata est: & agri iugera quingenta publice data. Auctor est plinius. ℂ Qui curios simulant: Martial. item li. vii. ad Gallam inquit. Quære aliquem curios semper fabiosq; loquentē. Hirsutum: & dura rusticitate trucem. Inuenies: sed habet tristis quoq; turba cinædos. Difficile est uero nubere galla uiro. ℂ Et bacchanalia uiuunt: idest tanq̄ bacchanalia celebrantes. Hæc enim sacra noctu in urbe & clā celebrabātur ab maribus & mulieribus: hinc stupra promiscua ingenuorꝝ fœminarūq; erāt. addictæ uoluptates religioni uini & epularum: quo pluriū animi illicerentur: erātq; plura uirorꝝ inter se q̄ fœminarū stupra. Siqui minus patientes dedecoris fuissent & pigriores ad facinus pro uictimis immolare nefas nō putabant: ibi deniq; omnia infanda patienda primum deinde facienda erant. inde etiam falsi testes exibant: uenena. item & intestinæ cædes: multa dolo: plæraq; per uim audebant. hæc ex Liui. li. ix. de. bel. macedonico. plura etiam diximus sat. vi. ibi ululante priapo. ℂ Gypso Gypsū calcis albæ genus est: plura eius genera. gypso autē madido statim utendum est quoniā celerrime coit ac siccatur: de quo Pli. li. xxxvi. ℂ Crisippi: Crisippus Zenonis siue Cleantis auditor fuit uir quidem ingeniosus ac acutissimus in omni genere orationis. adeoq; in dialectica insignis ut plæriq; dicerent si apud deos usus esset dialecticæ non faturā aliam q̄ chrysippeā. fuit & laboris patientissimus ultra omnes qd ex eius uoluibus constat: quæ sunt numero septingentaq; inq;. Aiunt item quingentos eū uersus quotidie scribere solitū. Erat autē imbecilli tenuiq; corpusculo: uixitq; annos tris & septuaginta. Auctor est Laertius. ℂ Aristotelem: is uoce gracili exilibus cruribus paruisq; oculis fuit: ueste insigni & anulis ac tonsura utens: septimodecimo ætatis anno Platonē audire cæpit: annosq; uiginti apud eum cōmoratus est. Interogatus quidnam mendaces lucrantur: inquit ut cū uera dixerint non illis credatur. Rogatus item quo differrent docti ab indoctis inquit quo uiuentes ab mortuis. parentes q liberos erudiendos curassent dicebat longe honorabiliores esse his q solū genuissent. hos eni uiuēdi tantū illos etiā bene beateq uiuēdi auctores eē. Interrogat⁹ quo pacto discipuli egregie pficerent: si excellentiores ait prosequentes tardiores non attendant. uirtutē ad beatā uitam sibi minime sufficere dixit: quippe corporalibus bonis exterioribusq; indigere. miserū atq; infœlicē fore sapientē siue doloribus afficiatur siue inopia: & ceteris huiusmodi incōmodis præmatur. obiit autē quū eēt annorꝝ. lxiii. hæc oīa ex laertio. ℂ Pittacon fuit is mitilenæus e septem sapientibus unus: qui cū decem annis remp. tenuisset. ei a ciuibus traditā seipsum sponte magistratu abdicauit. phocaico dicenti quærendum esse studiosum ac frugi uirum inquit etiam si ualde quæsieris non inuenies. Dixit item amico noli maledicere ne inimico quidem pudicitiam ama: ueritati stude: tempus nosce. Vixit annos plusq̄. lxx. auctor in iis Laertius.

ℂ Ponet Tigillinum: hoc est hominē carꝝ imperatori ut fuit Tigillinus Neroni. Tacitus cū multa alia tū hæc de eo. M. Ophonius Tigillinus obscuris parētibus fœda pueritia: impudica senecta: pfecturā uigiluꝫ & prætorii: & pmia uirtutū quā uelotius erat uitiis adeptus: crudelitatē mox: deinde auaritiā & uirilia scelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone quædā ignaro ausus: postremo eiusdē desertor. Plutarchus & Tranqllus scribunt eundē carꝝ fuisse Galbæ: quē populi inuidiā timēs dōis corruperat. tēporibus Othonis mortuus est ipetrante populo sin uessæ exectis faucibus: cū mortis nūciū accæpisset: quē mūeribus corrūpere non ualuit. ℂ In illa teda: Ad palū duo genera supplicii erant apud antiquos: aut enim puniebant more maiorū hoc est pendentes furca nudis corporibus & cæsi uirgis usq; ad mortē: ut Tranquillus interpratatur: aut ad scalas gemonias trahebantur: hoc est inserto gutturi unco pducebantur in harenam: ubi postea pendentium crura fragebantur & iniecto igni ardebant. hoc genus supplicii in Claudio cōmemoratum est a Tranqllo: & Nero exercuit in christianos: quibus ardentibus in usum luminis usus est: Nouū excogitauit Do. qui faces per obscœna immitti iubebat. ℂ Fixo gutture. s. unco quo tracti fuerant.

ℂ Simplicitas. libertas qua freti priores satyrici nec uelato: nec ficto nomine: sed simpliciter & aperte malos notauerunt. ℂ Mutius: hic fuit quē genuino odio & ore licenti insectatus est Lucilius: Vnde Persius secuit Lucilius urbem Te lupe te muti & genuinum fregit in illis. ℂ Refert: interest. & differt prima produ-

MAN. Sauromatæ Meotis Tanais Oceanus glacialis Curius dentatus Bachanalia Gypsum Chrysippus Aristoteles Mendaces Indocti Parentes Discipuli Virtus Diuitiæ necessariæ Pittacus Studios⁹ uir DOM. MER.

cta quam alias corripit. ¶ Pone tigillinum: pone in satyra notatū. Tigillinum. quantū ex Cornelii Taciti & Plutarchi historia accæpimus: Offonius Tigillin⁹ obscuris parentibus: fœda puericia: impudica senecta præfecturam uigilum & prætorii: & alia præmia uirtutum: quia uelocius uiciis adeptus: crudelitatem mox: deide auaritiā & uirilia scelera exercuit corrupto ad omne facinus Nerone quædam ignaro ausus: ac postremo eius deserto: Vnde non alium pertinacius ad pœnam flagitauere diuerso affectu quibus odiū neronis inerat: & quibus desiderium apud Galbam Titi Iunii potentia defensus est. Mox uero crescente inuidia: & populo seditiosis uocibus strepente Tigillin⁹ accæpto apud sin uesanas aquas supræmæ necessitatis nuncio inter scripta cōcubinarū & oscula & deformes moras: sectis nouacula faucibus infamē uitā fœdauit ēt exitu fero & inhonesto. ¶ Teda lucebis in illa. Speciem pro genere posuit. ¶ Fixo gutture fumant aut quia affixi palo: ut Seneca tradit comburebantur: aut fixo gutture quia ut Suetōius refert noxii mucro gladii merito supponebantur: ut uiscendam faciem præberent omnibus.

VAL ¶ Simplicitas. libertas quā nominare non audeo: cuius libertatis usq; adeo libertas periit scribendi: ut nō solū mutiū nobilissimū non liceat carpe: sed & tigillinū mutio iferiorē si leseris plæbeū fun⁹ patieris. i. post mortē inhonoratus eris. Simplicitas ut simpliciter dicat qcqd uerū eē uideatur. ¶ Ignoscat mutius an nō. de mutio lucillius scripsit: & nō metuit de potentia ipsius aliud iminere piculū: qđ utiq; fuit metuendū: sed tūc loquēdi libertas oibus data. ¶ Pone tigilli: nūc sicut olim mutiū lucillius. ut Persius. Secuit lucilius urbem. Te lupe te muti: & genuinū fregit in illis. Hunc tamē Mutius fortiter & sapienter tulit: q̄q̄ in eū dictū sit. s. mutiū insectabere futurū ē ut miser sis. ¶ Quid re. utrū igno. an. nō. haud laboraueris: sed si tigilinū læseris: uiuus ardebis: quēadmodū uiuēte & ipante Nerone uiui atserūt multi de quibus cæreos fieri iussérat: ut spectatoribus collucerent cū confixa illis fuissent guttura ne se flecterēt. ¶ Pone tigil: hūc sēsū quidā ita accipiūt: nō tantū nō deserēdā libertatē: sed etiā maximā psonā carpēdā eē in uitiis: cū etia; si taceas plebæio funere moriturus sis ut pone tigillinum quasi ex alterius persona sit: quæ cōmunem futuram cu; uulgaribus cadaueribus ustrinam denunciet etiam si a satyra abstineat. notiorem uero futurum si insignē notauerit: ut sit locus hic ita accipiendus: pone tigillinū nobilē ut tigillinū. quod nisi facias in rogum cadauer tuum mittetur in quo non iacentia corpora sed ad lignorum parsimoniam stantia exuruntur: unde putant dici. & latum media sulcum deducit harena. quod parcus ustor suditi ligni inopia scrobe subterfacta subcauet ut ardere possit. hæc probus: & rursus si eum in satyra tangas qui olim periit non esse quod metuas. si autem tigillinum ponas idest hominem potentem pœnam affuturam intelligas. fuit autem offonius tigillinus patre agrigentino scyllaceū relegato iuuenis egens. uerū admodū pulcher: & ob hoc maritis agrippinæ & fuluiæ sororū cæsaris suspectus: urbe summotus piscatoriā in achaia exercuit: deinde reditum sub conditione impetrauit ut conspectu claudii abstineret. Quare saltibus in apulia & calabria cōparatis cum studiosius equos quadrigarios aleret amicitiam neronis nactus est primusq; studium circesiū fecit: mortuo autem Nerone: & a galba imperatore populoq; romano deposcente supplicium haloti & tigillini solus ex omnibus Neronis emissariis uel maleficentissimos incolumes præstitit atq; insuper halota; procuratione amplissima ornauit pro tigillino etiam seuiciæ populum edicto increpuit.

Et iubet archetypos pluteū seruare cleātas
Fronti nulla fides: qs enī nō uicus abundat
Tristibus obscenis? castigas turpia: cum sis
Inter socraticos notissima fossa cinædos?
Hispida mēbra qdē: & duræ p brachia setæ
Promittūt atrocē animū: sed podice leui
Cædunt tumidæ medico ridente mariscæ
Rarus sermo illis: & magna libido tacendi:
Atq; supercilio breuior coma: uerius ergo
Et magis ingenue peribonius hunc ego fatis

MAN. ¶ Archetypos: principalis seu antiquæ figuræ ἀρχὴ enim principalis dicitur: & τύπος figura. ἀρχαῖος. item antiquum significat nobis.

Archetypus: Dicunt etiam archetypum quodcunq; ita primum fabricatum sit ut exēplar reliquis fiat. ¶ Pluteum: armariu; plutei nāq; tabulæ dicuntur quibus aliquid præsepitur: ut Festus ait

Plutei: Plutei etiam dicuntur qui ad similitudinē cassidis contexuntur & uimine: & ciliciis uel coriis proteguntur in usum bellicum. De quibus latius scribit Vegetius lib. quarto. ¶ Cleantas uel cloantas ut in antiqs legi.

Cleātes: Cleantes autem primum pugil fuit: profectus uero athenas apud Zenonem studiose philosophatus ē. Memoriæ proditum est ipsum laboriossimum fuisse adeo ut inopia cogente se mercenarium faceret ac noctu quidem in hortis hauriret aquas: interdiu autem operam studiis liberalibus daret. Erat illi quidem eximium studium. Cæterum ingeniū obtusum atq; tardissimum: tamen id labore studio ac diligentia uincebat. Et quū aliquādo probro sibi daretur φ esset timidus: at ideo inquit parū pecco. Aiunt eum quæ ab Zenone audierat in testa boumq; ossibus inscribere solitum: cū pecuniis careret quibus chartam emere potuisset hoc uitæ instituto clarus obtinuit ut Zenoni succederet. Reliquit aūt pulcherrimos libros ac multos hæc ex laertio.

Frons hois ¶ Fronti: seueræ uidelicet & graui. Plinius libro undecimo scribit: φ frons homini tantum tristitiæ hilaritatis seueritatis index est: utq; philosophus libro primo de animalibus ait. Quibus hæc magna segnes: quib⁹ parua mobiles: quibus lata mente moueri idonei: quibus rotunda iracundi sunt. ¶ Nulla adhibenda est. f. ¶ Vicus: dictus ab uicinis: uel φ uias habeat tantūm sine muris: est. n. uilla licet & uici dicuntur ipsæ quoq; habitationes urbis: utrunq; hic potest intelligi. ¶ Tristibus obscœnis: seueris & immundis. ¶ Castigas turpia: absenti loquitur per apostrophē idest auersum sermonē seu auersionem teste Fabio libro nono: sit eni;

Apostrophe quum ad aliquem per secundam personam fit conuersio. ¶ Castigas turpia. conuenit hic Horatii illud i satyra

tyra tertia. Cum tua non uideas oculis mala lippus inunctis: Cur in amicorum uitiis tam cernis acutū? Et Ciceronis illud lib. i. offi. fit enim nescio quomodo ut magis in alios cernamus q̄ in nobis metipsis siquid delinquitur. Idem uero libro tertio tuscul. ait. Esse proprium stultitiæ aliorum uitia cernere obliuisci suorū. ℂ Socraticos cinædos: Socrates patre lapidario matre obstetrice natus fuit in oratoria promptus atq; acer: primus cum æschine discipulo oratoriæ campos aperuit. primusq; de uitæ ratiōe disseruit: hic primus ethicen inuexit: ea potius inquirenda exhortans quæ mores instruerēt. Magna uero mentis altitudine carpentes se atq; obiurgantes contemnebat. dicebatq; scire se nihil præter hoc ipsum q nesciret: nuntianti sibi quē dam se maledictis incessere bene ait loqui non didicit: Apollinis demum oraculo mortalium omnium socrates sapientissimus prædicatus est. Sed enim ex his qui successere socrati appellantur Socratici nobilissimi sunt: Plato Xenophon & Antisthenes: auctor est Laertius. De Socrate: item sic ait Cicero libro qnto tuscu. Socrates autem primus philosophiam deuocauit e cœlo: & in urbibus collocauit: & in domos etiā introduxit: & coegit de uita & moribus rebusq; bonis & malis quærere &c. Scribit etiam inferius idem: ita: Socratem ferunt quum usq; ad uesperum contentius ambularet: quæsitumq; esset ex eo quare id faceret. respondisse se quo melius cœnaret obsonare ambulando famē. ℂ Cinædos socraticos: idest pathicos de moribus disputantes: ut Socrates agebat: qui primus de uitæ ratione disseruit. Cinædus autem dicitur a κινέω quod est moueo & αἰδοῖα pudēda. ℂ Notissima fossa: idest notissimus omnibus uti fossa uiatoribus. Vel notissima fossa: idest notissima uitiorum labes: seu recæptaculum uitiorum uti fossa est sordium: seu fossa idest uitiorum lacus aut fons notissimus. ℂ Hispida menbra quidem: polyphemus apud Ouidium inquit barba uiros hirtæq; decēt in pectore setæ. Macrobius libro septimo ait: qin corpore humanæ ille partes maxime uestiuntur quibus amplius inest caloris. leue autem est mulierum corpus quasi naturali frigore densetur: comitatur enim algorem densitas leuitas densitatem. ℂ Atrocem fortem seuerum. ℂ Podice leui: depilata sede. ℂ Mariscæ: Celsus ait in sede ulcus simile fungo nasci solere: quod tollitur uel medicamentis uæhementioribus: uel ferro adurendum est: quem fungum medici quidam putant eum esse: quem iuniores ficum appellauerunt. Iuuenalis autem festiuitate poetica mariscas scripsit: sunt enim mariscæ ficus insipidæ. Martialis libro septimo. Infāti melimella dato fatuasq; mariscas: Nā mihi q̄ nouit pūgere chia sapit. ℂ Medico ridente: pro deridente turpi enim cā morbus ille euenerat. ℂ Libido. i. cupiditas: proprie tamē libido est cupiditas effrenata: quæ in omnibus stultis inuenitur: est enim aduersus rationem incitata de qua Cicero libro quarto tusc. ℂ Verius. iustius & rectius agit: ℂ Ingenue: libere. ℂ Peribonius: id dici potest ultra scurram: περὶ enim hoc loco significat ultra: & βωμολόχος scura est. Vel peribonius appellatus est: quia perhiberet ac diuulgaret uitia sua. peribonton enim diuulgatum dicunt. Cinædus Mariscæ

ℂ Media harena. s. theatri. casus nominatiui est: nec sylaba repugnat: quæ pentimemeri defenditur. ℂ Deducit: facit designat. ℂ Latum sulcum: cum damnatus traheretur: atq; ita perfecte supplicium descripsit: q. s. trahant unco: & postea ardeant. hoc erat abici in gemonias: quod legim⁹. ℂ Siplicitas: Simplr loqtur q aperte dicit sine ullis uerborum ambagibus. Idem simpliciter agere: unde simplicitas uerborum cum nulla adhibetur figura ad sensus uelandos. ℂ Qui dedit aconita tribus patruis: Tigillinum apertissime intelligit: nam uerba sunt Iuue. ad id respondentis quod dixit Pone Tigillinum: nullum tñ extat testimonium nisi quod circūfertur ex libello Probi grāmatici his uerbis. M. Ophonius Tigillinus homo omniū neqssimus tris patruos habuit: quos omnes ut eorum hæreditatibus potiretur ueneno absumpsit: subtractisq; annulis & falso tabulis signatis: hæreditates summo scelere consecutus est. ℂ Plumis pensilibus: nā in lecticas puluinaria erant: alibi Iuuenalis. Conducit scelā: puluinar. ℂ Hylas: Thiodomantis filius: ut scribit apollonius: uel Theomenis: ut tradit apollodorus raptus ab Hercule patre Thiodomante necato in pugna: cū herculi poscenti cibum negasset: & ille Thiodamantis mactasset boues raptus a nymphis in Bythinia sub monte: quem Strabo corrupto nomine argantonium appellat: emendatius Pausanias Argantophigniū. Propertius: Hic erat argantophigi sub uertice montis. plura de hoc diximus. DOM.

ℂ Sulcum deducit harena: per harenam amphiteatri: ut in Titi uita legimus: delatores cæsi flagellis ac fustibus traducti sunt. Nam apud gemonias scalas excarnificari atq; configi nocentes solebant. Tum in Tyberim unco trahi: quod Vitellio accidit. Ergo aut per harenam traducebant: aut unco distracti sulco terram signabant. ℂ Aconita: Venena: Nam aconitum est herba quæ ex Cerberi spuma conspersa uenenū efficacissimum contraxit. Quidam sequentes Ouidium dicentem Quæ quia nascuntur dura uiuatia caute Mortales aconita uocant ἀπὸ τοῦ ἀκόνη idest a cote deriuatum nomen dicunt. Eustachius autem. παρὰ τὸ καὶ κονίζεσθαι: quod est luctari nasci putat: eoq; cum aconito luctandum non sit: & ineluctabile uenenum appareat. Plinius uero alias ethymologias huic nomini affert: quod aconitum in nudis cautibus: quas aconas uocāt nascatur & ideo aconitum. Alii q iuxta nullus puluis interueniat κόνις idest puluis. Alii quoniam uis eadem in monte esset: quæ cotibus ad ferri aciem deterendam statimq; admota uelocitas sentiretur. ℂ Pensilibus. mollibus: sic Virgilius Pilentis matres in molibus: idest pensilibus exponit Seruius. Nam molle & pensile uenuste inuicem conuertuntur. Dicuntur tamen pensiles uuæ. Horatius. Tum pensilis uua secundas Ornabat mensas: & pensiles horti suspensi & in aere sublimes:. ℂ Digito cōpesce labellum. Scribit Dion proculeium: quum olim occurreret Cornelio Gallo nasum & os manu compescuisse quippe astantibus significantem non esse tutum alicui præsente illo respirare: ergo compesce labellum dixit non respires: nedum loquaris ocurrente malo & potenti uiro. ℂ Committas: cōponas: qua si ad congressum pugnæ uel inseras carmini: ut in eos dicas. ℂ Percussus: repræhensus & grauiter notatus: uel uere percussus a paride. ℂ Aut multum quæsitus hylas: Hylas Therodomantis filius Dryo- MER. Quid & unde Anconitum Pensile Proculei⁹

pum regis. Quæ gens subiecta parnaso fuit patre interfecto studio eius uirtutis ardens herculem secutus est: & cum ex comitatu argonautarum in mysiam uenissent. Hercules uero ad materiam remi quærendam quem fractum uolebat reficere recessisset. Hylas dum ad hauriendam aquam Ascanii fluminis urnã affert ad ripamq; accedit adamatus a tribus nymphis in fontem raptus est. Nympharũ hæc fuere nomina ut ait Theocritus. Eunica: Nichia & Malis. Hunc deinde Hercules summo studio quæsitum quum non inuenisset ad solandum dolorem sacra quædam instituit: quibus clamaretur Hylas puer.

VAL. ¶ Et latum media sulcum. fossa in qua stipites figebantur: & est ordo: pone tigillinum lucebris in illa tæda qua stantes qui fumant fixo gutture ardent & subaudiendum qua & subiungendũ tæda media harena deducit latum sulcum. ¶ Tæda. face. ¶ Stantes. erecti. ¶ Tæda me. in medio harenæ surrecta. est eni ablatiuus casus sicut harena nominatiu⁹. ¶ Harena. loc⁹ ubi coibat ad certamina spectanda populus. ¶ Deducit. intra se deductũ habet. ¶ Latum sul. latã fossam ad eũ urendũ qui fixo surrectus est gutture. ¶ Qui dedit ergo tribus patruis. generaliter dixit de quocunq; ut sui temporibus aliquo. ¶ Patruis. maioribus. sic Persius. Cu; sapimus patruos. ¶ Aconita: uenena: ab acone portu hæracleæ oppidi lico flumini opposito: qui peruentu maloꝝ graminũm usq; eo celebris fuit ut noxiæ herbæ illic aconita nominata sint. ¶ Pensilibus plu. in altum extructis. ¶ Accusator erit qui ue. di. hæc ẽ uera sicut in antiquissimis codicibus legitur lectio: ut uerbum nõ ueꝝ dicatur: dicitur siquidẽ multis modis ueꝝ ubi nõ lædas quenq̃. at si uerbum sum murmures p̃tereunte malo aliquo de se statim dici arbitratur: ideo ẽt p̃tulit digito cõpesce labellum: ꝙ cu; illo conuenit. accusator erit qui uerbum dixerit. ¶ Hic est. ostendentis uox est accusatoris. ¶ Secutus lib. li. æneam secutus heroicum opus scribis: aut secutus de mortuis loquæris propter metũ legis iuliæ non debere uiuentum uicia lacerari: sed eorum qui uita priuati sunt per allegoriam. ¶ Committas: permittas & credas mihi. Terẽ. ouem commisisti lupo. ¶ Percussus Achil. utrum ense pidis & deiphobi i tẽplo thymbræi apollinis percussus an certe percussus: posteaquam mortuus est neminem lædit nam uiuus in agamẽnona multam euomit bilem: ut Home. scri. & thersitem pugno occidit stomachatus ab eo repræhensus: ut comitus refert. ¶ Aut mul. quæ. hy. subaudi ab Hercule: nam ut in fabulis traditur: hylas Herculis comes cum supra prusiadem oram ubi mons imminet quem organthon appellat Proper. organthophægii sub uertice montis. aquatũ nauẽ fuisset egressus: a nymphis dicitur attractus ut orpheus & Apol. scri. Nã Dio. & Stra. historiã potius secuti aiunt herculẽ illic cõmoratũ a se argonautas dimisisse: & nominis eius urbẽ cõdidisse ubi prusiani festa quæ instituit Her. oribasia: i. montanos incessus diu obseruarint saltantes perinde ac ad illius indaginem hylam: hylam uociferantes. hinc theocritus. τριο ἀευῦλαν αὖσὲν καἰσὅονβαθὺσ ηρῦσελαίμοἐ τίσΔαρὸϖαεὸυϖ ακουὅεογ αραιαΔίλε τοφονο εξῦΔατοὅ. Quẽ Vir. secut⁹ inqt. Hinc adiungit hylã nautæ quo fonte relictũ. Clamassent: ut littus hyla: hyla oẽ sonaret. ¶ Vrnãq; se. fatũ: aut certe urnã q̃ aquã e fõte auriebat. dcã ãt ab orinãdo. i. imergẽdo urna: ut igt Var. uñ ẽt uriatores.

Imputo: qui uultu morbũ incessuq; fatet̃:
Hoꝝ simplicitas miserabilis: his furor ipse
Dat ueniam: sed peiores qui talia uerbis
Herculis inuadunt: & de uirtute locuti
Clunem agitãt: ego te ceuentẽ sexte uerebor
Infamis uarillus ait: quo deterior te?
Loripidẽ rectus derideat: æthiopem albus:
Quis tulerit graccos de seditione querẽtes?
Quis cœlũ terris nõ misceat? & mare cœlo
Si fur displiceat uerri: homicida miloni?
Clodius accuset mœchos: catilina cethœgũ
In tabulam syllæ si dicant discipuli tres?

MAN. ¶ Fatis imputo: id quidẽ Manilii sententiæ conuenit inquit enim l b. iii. fata quoq; & uitas hominũ suspendit ab astris: Sic fœlix aut triste uenit per singula fatu;.

Fatum Fatũ uero dicit Plato esse uoluntatẽ & iussionem dei: ut Prisci. lib. sexto de duodecim car. scribit. Chrysippus aũt fatũ est inquit sempiterna quædam & indeclinabilis series rerũ: de quo latius Gelius libro sexto capitulo secundo: & Seneca ait epistola. cix. Ducunt nolentẽ fata uolẽtẽ trahunt.

Morbus ægrotatio Vitium ¶ Morbũ: morbũ appellãt totius corporis corruptionẽ. Aegrotationẽ morborũ cum imbecillitate: uitium. cum partes corporis inter se dissedent: ex quo prauitas membrorum distorsio deformitas. Sic Cicero libro quarto tuscu. hic tñ morbum accipimus impudicitiam. ¶ Qui uultu morbũ incessuq; fatetur. Seneca quoq; epistola quinquagesimatertia: sic ait. Omnia reꝝ omnium si obseruentur indicia sunt: & argumentum morũ ex minimis quoq; licet capere.

Impudicus Impudicum & incessus ostendit & manus mota & unum interdũ responsum & relatus ad caput digitus: & flexus oculoꝝ. Improbũ interdũ risus. insanum uultus habitusq; demonstrat. Et Hieronymus in aureola sic. Speculũ enim mentis est facies: & taciti oculi cordis fatent̃ arcana. ¶ Vtq; Cicero libro. iiii. tuscu. ait: Ennius dixit Indiciũ insaniæ est color uox

Insanus Facies Furor Herculis uirtus oculi spiritus impotentia dictoꝝ atq; factoꝝ: quã partẽ habent sanitatis. ¶ Fatetũr: ostẽdit. Hoꝝ similiũ peribomii. ¶ Furor insania: furor eni est mẽtis ad omnia cecitas: ut inquit Cicero libro tertio tuscula. ¶ Talia. s. uitia. ¶ Inuadũt: castigant arguũt. ¶ Verbis herculis: i. grauibus & seueris qualibus Hercules usus est in uoluptatẽ eam incusando. scribit enim magnus Basylius ꝙ hercules quũ adolescẽs eẽt diu secũ multũq; dubitauit quam uiam caperet cum duas uideret unam uoluptatis alteram uirtutis. Inter ambigendum autem duæ accesserunt matronæ: hoc est & uirtus & malitia: quarum altera ornatissima erat & omnium uoluptatum examen post se trahebat omniaq; ostendebat: ac multo etiam plura pollicebatur ut ad se Hercule; traheret. Altera uero aspera & dura: seuereq; intuẽs talia ecõtra dixit polliceri se nec uoluptatẽ aliquam nec qetem: sed labores pericula sudoresq; infinitos terra mariq; tolerandos: præmiũ aũt illoꝝ fore deum fieri:


hanc itaq;

hanc itaq; Hercules secutus fuisse dicitur magna uerborũ grauitate accusata uoluptate. ℭ Clunũ agitant: nates atq; inferiora mouent dum Venerem patiuntur uoluptate siquidem affecti. ℭ Ceuentem: clunes agi tantem & apte motantem dum pateris turpia. Nã ceuere marium est hoc est apte se motare dum Veneris turpitudinem patiuntur. Hinc martialis ait. Sed pedicaris sed pulchre næuole ceues. Crissare uero mulierum est apte scilicet se motantium dum coeunt. Hinc idem inquit libro decimo in Læliam. Nunquid quũ crissas blandior esse potes. ℭ Sexte: erat sextus Seueri atq; cinædi nomen. Loripedem claudum. Similiter se te Cicero in Salust. ait enim: Carere debet omni uitio: qui in alterum dicere paratus est. Quo deteriore te. Horatius item satyra septima libro secundo ait. Tu cum sis quod ego: & fortassis nequior: ultro insectere uelut melior: uerbisq; decoris obuoluas uitium? quid si me stultior ipso? ℭ Quis tulerit poetæ uerba: probat autem per exempla uitio carere oportere qui in alios dicere parati sunt. ℭ Gracchos: Tyberius Gracchus Aphricani ex filia nepos tribunus plæbis quum prorogare sibi potestatem uellet: aduersis auspitiis in publicum processit statimq; Capitolium petiit: ubi oppressus est ab scipione nasica: & eius cadauer in tiberim missum. Caius item Gracchus quum accersitus in senatum non iuisset armata familia Auentinum occupauit: unde fugiens postea uel sua uel serui manu interfectus repertus est. De quibus omnibus legito plinium de uiris illustribus. ℭ Seditione tumultu populi. ℭ Verri: Caius Verres cum successisset in sicilia. C. sacerdoti prætori: eamq; non sibi succedente Arrio per triennium tenuisset atq; in ea fuisset libidinose auare crudeliterq; uersatus. succedente tandem in eadem prouincia Metello repetundarum reus ab siculis postulatus est: accusanteq; Cicerone dãnatus: quæ omnia ex Asconio Pediano habuimus. ℭ Miloni: annius Milo Ciceronis amicissimus consulatum petebat Clodius Ciceronis inimicissimus præturam eodem anno quam debilem futuram consule Milone intelligebat: sæpeq; inter se Milo & Clodius cum suis factionibus Romæ depugnauerant: Milo tandem Lanuuium ex quo erat municipio & ibi tum dictator profectus est ad flaminem prodendum: postera die occurit ei circa horã nonam Clodius paulo ultra bouillas rediens ab aricia. Vehebatur Clodius equo: serui. xxx. fere expediti gladiis cincti sequebantur: erant cum Clodio præterea tres comites eius. Milo rheda uehebatur cum uxore fausta: & M. Fusio familiare suo: sequebãt eos magnũ seruorum agmen: inter quos gladiatores quoq; erant: ex quibus duo noti Euclamus & Byrrhia: ii in ultimo agmine tardius euntes cum seruis Publii Clodii rixam commiserunt: ad quem tumultum quum respexisset Clodius minitabundus humerum eius Byrrhia rumphea traiecit. Inde cum orta esset pugna plures miloniani accurrerunt: Clodius uulneratus in tabernam proximam Bouillano delatus est. Milo ut cognouit uulneratum Clodium: cum sibi periculosius illud etiam uiuo eo futurum intelligeret: occiso autẽ magnũ solatium esset habiturus etiam si subeunda esset pœna extorbari taberna iussit: Atq; ita Clodius latens extractus est: multisq; uulneribus confectus: cadauer eius in uia relictum. Accusatus est Milo paricidii. Cicero defendit. hæc & plura habentur apud Pedianum. ℭ Clodius accuset mœchos. Publius Clodius Pompeiã C. Cæsaris uxorem adamans dum sacra bonæ deæ per noctem fierent in Cæsaris domo qui pontifex maximus erat muliebri ueste illuc ingressus est uiris enim non licebat cognitus tandem & captus est: sed tamẽ corruptela iudicum absolutus euasit. de quo in uita Ciceronis habetur: fuit idem duarum sororum mœchus: quarũ altera Lucullo: altera Metello nupserat. Auctores Liui⁹: Cicero: & Plutarchus in Cæsare. ℭ Catilina: coniurauerat contra rempublicam corruptissimi ciues & suæ amentiæ ducem Catilinã habebãt. qui Lentulo Cethego & aliis quorum promptam audaciam cognouerat mandauit ut opes coniurationis quãtum possent confirmarent insidiasq; consuli Ciceroni: scilicet maturarent. De quibus omnibus Sallustius amplissime scribit. ℭ In tabulam Syllæ. de Sylla in prima satyra latius is autem proscriptionis tabulas primus proposuit: quod & Plinius de uiris illustribus docet: & Valerius libro nono de crudelitate ait ꝙ Lucius Sylla quattuor milia & cc. diræ proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas rettulit uidelicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur: nec contentus in eos sæuire qui armis ab se dissenserant etiam quieti animi ciues propter pecuniæ magnitudinem per nomenclatorem conquisitos proscriptorum numero adiecit &c. ℭ Discipuli tres: Lepidus Octauius Antonius: quos Syllæ discipulos uocat quoniam eandem disciplinam administrandæ reipublicæ secuti sunt. ii enim triumuiri fuerant qui per cruentum fœdus iuncti quum rempulicam inuasissent Syllam imitati senatum & equestrem ordinẽ proscripsere. Liuius enim libro. cxx. scribit: ꝙ Caius Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit: ita ut tres uiri reipublicæ constituendæ quidẽ per quinquennium præessent. Ipse Lepidus & Antonius statuerunt ut suos quisq; inimicos proscriberent: in qua proscriptione plurimi equites. cxxx. senatorum nomina fuerant: & inter eos. L. Pauli fratris. M. Lepidi: & L. Cæsaris Antonii auunculi: & M. Ciceronis: cuius occisi a popilio legionario milite cũ haberet annos. lxiii. caput quoq; cum manu dextra in rostris positum est.

ℭ Flaminia & latina: tres erãt uiæ Romæ nobilissimæ: Latina: appia: ualeria: inter ualeriam & appiam latina ad cassilenum appia coniugebatur. In duabus tumuli mortuorum erant: flamminia & latina. ℭ Tacita culpa: conscientia scelerum.

Ceuere Crissare Gracchi Verres Milo Clodius Clodii uulnus Clodius adulter Catilina Lepidus Octaui⁹ Antoni⁹ Cicerõis cædes DOM.

DOMICII CALDERINI IN SECVNDAM SATYRAM AD IVLIANVM MEDICEM.



ECVNDAE Satyræ argumentũ & indignatio ex hoc ꝓsertim ducit: quod Domitianus cum perditissimis moribus esset: nonnullas uel reuocauerat uel tulerat leges ad uitia coercenda tanq̃ cẽsor seuerissimus: nam probrosis fœminis lecticæ usum ademit: quosdã ex utroq; ordine lege scantinia condemnauit: incesta uirginum uestalium uarie & seuere coercuit. Stupratores uir-

gis in foro cædi iussit:deniq; legem Iuliam de puniendis adulteris reuocauit:ut Martialis cum appellet censorem: Censor maxime principumq; princeps:cum tamen ipse Iuliam fratris filiam ardentissime amaret:haberetq; pro uxore:quam frequentibus abortiuis perire coegit:ut tranquillus & Plinius scribunt: hinc igitur poeta excandescit:hinc exclamat:& ne in principem tantum ferri uideatur: Satyræ initiu; detorquet in omnes:qui cum turpissime uiuant:morum sanctitatem aliis præscribunt:mox aperte principem designat:cum de lege Iulia uerba facit. ℭ Sauromatas:a græcis sarmatæ dicuntur:oriundæ ab amazonibus:ut scribit Herodotus:incolentes loca a Tanai & meotide palude trium dierum spatio tanta ui frigoris:ut proximus oceanus congeletur. De his Plinius: Florus & alii præterea scribunt:copiosius Herodotus.

MER. ℭ Ense stricto:nudo. ℭ Ardens:in iras:& furens in uicia. ℭ Frigida:nocens. Vt Virgilius. Frigida saturni quo sese stella recæptet. ℭ Sudant præcordia:hoc in loco præcordia accipere debemus eam partem corporis:quam iuniores medici græco uocabulo hypochondria appellant. ℭ Tacita culpa:occulto crimine & dolore tecto:ex quo ira & lachrymæ nascuntur. ℭ Animante tuba:idest flante & spirante & clalico sonante. ℭ Galeatum:a galea:& ē nomē simile participio. ℭ Duelli:belli:a duello sane bellū fit abiecta d & digama in b cōuerso:& per comparationē cōgredientiū militum: qui prius euentū pugnæ diligenter considerant. monet semetipsum ut rē diligētius cōsideret. ℭ Flaminea tegit̃ cinis atq; latina: duæ uiæ celeberrimæ in qbus frequētissima fuere sepulchra. Nā maiores ī uiis sepeliebant̃. Vñ ad uiatores plerūq; hñtur epigrāmata.

Præcordia Hypocondria; Duellu;



Ltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem oceanum: Quotiēs aliquid de moribus audent: Qui curios simulant: & bacchanalia uiuūt. In hac satyra quum acerbissime ii notent̃: qui pessime uiuentes simulata tamen bonitate: morum censuram sibi assūmunt. ℭ Tum in primis eos mordet: qui per iniuriā naturæ quod scelestissimum ē in muliebrē modū nubunt. ℭ Vltra sauromatas: indignantis poetæ uerba: qui huiusmodi hominu; censuræ impatiens ultra extremos septentrionis populos fugiturus sit. Sauromatæ populi sunt iuxta danubium: uergentes in meoticam paludem: hos quidam sarmatas appellant: & sobolem medorum ferunt. ℭ Glacialem oceanum. Septentrionalis oceanus nimio frigore conglaciatur. Vnde a qbusdam cronicos dicitur: hoc est saturnius. Et νεκρος: idest mortuus. ℭ Audent: subaudi dicere in mores.

Ocean⁹ cronius

VAL. ℭ Ense ue. stri. quo lu. ar. Infre. Sic Hora. qđ cum est lucillius ausus. Primus in hūc operis cōponere carmina morē. Detrahere & pellē nitidus qua qsq; per ora Cederet introrsum turpis in lælius autē qui. Duxit ab oppræssa meritū carthagine nomē. Ingenio offense: aut læso doluere metello. Famosisq; ludo coopto uersibus aut qui primores populi arripuit populumq; tributi. Scilicet uni equus uirtuti atq; eius amicis. ℭ Rubet auditor. i. ira excandescit. ℭ Cui frigida mēs ē. hoc est nocēs. sic Hora. O puer: ut sis uitalis metuo & maiorꝝ ne quis amicus frigore te capiat. ℭ Frigida mens. qua cōscientia exæstuat. ℭ Hæc aiæ. ante tubā. Hæc est uerior lectio quæ in codicibus ātiquissimis ē: q̄ ut nūc aiante tuba deprauatū ē si diligenter aduertamus. ℭ Quorꝝ flaminia tegit̃ cinis atq; latina. qm̄ in latinā. & flaminia uia nobiliū busta uel maxima erant.



Ltra sau. fu. hic de philosophis obscœnis locutur⁹ i hac satyra mores & instituta incipit senatus lacerare cōiter: post simulata ueritate domestica uitia celantē incessit cui quasi respondere facit laroniam inter meretrices in primis insignē. ℭ Vltra sau. sauromatæ populi sunt q tanaim accolunt. ℭ Et gla. oce. quoniā ad septentrionalem plagam iuxta oceanum: ac etiam citra spatsim sauromatæ incolunt. ℭ Quotiens ali. de mo. au. subaudit̃ dicere. ℭ Qui cu. si q uolunt uideri. M. curio similes: q: ut Vale. maximus inquit: exactissima norma romanæ frugalitatis fuit: ideq; fortitudinis pspicacissimū specimē: nā cū samnites magnū auri pōdus obtulissent benignis uerbis inuitatus: ut eo uti uellet: uultū risu soluit, ptinusq; superuacuæ ingt ne dicā ieptæ legationis ministri narrate samnitibus. M. curiū malle locupletibus impare q̄ ipsum fieri locupletem: atq; istud ut pciosū: ita malo hominum excogitatum munus perfertote: & mementote me nec acie uinci: nec pecunia potuisse corrumpi.

MAN. ℭ Qualis erat nuper: tales erunt uitiosi turpia castigātes qualis erat domitianus: qui leges in adulteros reuocarat: & tamen adulter & mœchus erat: Iuliam namq; Titi germani filiam adamauit: coegitq; conceptū a se abigere hinc illa obiit. Auctores Tranquillus: & Plinius ad Cornelium scribens: per cuius uerba hic de Domitiano intelligendum est: non de Claudio ut quidam ait. ℭ Tragico concubitu: idest turpissimo: qualem tragici tractare solent: scribunt enim de turpissimo amore Phædræ in Hippolitum: & Thyestæ in filiam & cætera. turpissimus autem erat Domitiani concubitus quia cum Iulia nepte. ℭ Leges reuocarat: Iuliam legem intellige quæ multo ante ab Augusto contra adulteros lata fuerat ut Tranquillus docuit. Ait enim sic: leges retractauit & quosdam ex integro sanxit: ut sumptuariam. & de adulteris & de pudicitia: de ambitu: de maritandis ordinibus. ℭ Amaras omnibus seuerissime enim puniebantur adulteri. ℭ Ipsis ueneri

Domitiani Incestus

Qualis erat nup tragico pollut⁹ adulter
Concubitu: qui tūc leges reuocarat amaras
Omnibus: atq; ipsis ueneri martiq; timendas
Cum tot abortiuis fœcundam iulia uuluam
Solueret: & patruo similes effunderet offas:
Nōne igit̃ iure ac merito uitia ultima fictos
Cōtemnūt scauros: & castigata remordēt?
Non tulit ex illis toruum lauronia quēdā
Clamantē totiens: ubi nūc lex iulia dormis?
Ad quem subridens: fecilia tempora quæ te
Morib⁹ opponūt: habeat iā roma pudorem.
Tertius e cœlo cecidit cato: sed tamen unde
Hæc emis hirsuto spirant opobalsama collo

martiq;

Q uæ tibi? ne pudeat dñm mõstrare tabernæ
Q uod si uexantur leges: ac iura: citari
Ante omnes debet scatinia: respice primum
Et scrutare uiros: faciunt hi plura: sed illos
Defēdit numer9: iũctæq; umbone phalãges
Magna inter molles cõcordia: non erit ullũ
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.

martiq; timendas: idest numinibus etiam. Mars au-
tem adulter cum Venere ab Vlcano deprahensus
est: atq; adamantinis uinculis circunuenti diis omni
bus spectacula præbuere. Horatius. Quis martem tu
nica tectum adamantina Digne scripserit: Sed latius
Naso libro. ii. de arte. ℭ Abortiuis: ante tempus edi-
tis. Effluxiones uocantur quæ intra septimum diē cor
ruptiones incidunt. A bortiões autem quæ intra qua-
dragesimum ita scribit interpres philosophi libro se-
ptimo de animalibus. ℭ Vuluam: ea est quæ semē re
cipit. ℭ Solueret: aperiret ueneficiis. s. ℭ Patruo: Do-
mitiano. ℭ Offas: carnis frusta informata. ℭ Igitur: cum pessimi sint alios arguentes. ℭ Vitia ultima: uitio
si & in præcipiti uitioru; existentes: ut Varillus infamis. ℭ Scauros fictos: nobiles & hypocritas: uti fuit. M.
æmilius scaurus. de eo enim sallustius in Iugur. sic ait: Sed ex omnibus maxime æmilius scaurus homo no
bilis impiger factiosus auidus potentiæ honoris diuitiaꝝ. Cæteru; callide uitia sua occultans: hæc ille itaq;
non ab re Iuuenalis fictos scauros inquit. Meminit etiã plurima asconius in oratione pro. M. scauro. ℭ Ca-
stigata: reprahensa uitia ab hypocritis. ℭ R emordent: reprahendunt: enim hypocritas aliorum reprahen
sores. est aũt ab canibus metaphora. ℭ Non tulit: hoc loco uiroꝝ uitia lauronia insectatur. ℭ Ex illis: fictis
& hypocritis. ℭ Toruum: pro torue. ℭ Lauronia: sic est in antiquis: sed quænã hæc fuerit Mar. li. ii. in pon-
ticum ita scribens ostendit. A bnegat & retinet nostrum lauronia seruũ. R espondes orba ē diues anus uidua
ℭ Dormis: tunc enim leges dormire dicuntur: quum impune quid mali agitur. Cum itaq; adulteri adul-
teræue non puniebantur, Iulia lex dormire uidebatur. præterea ut habetur in institutionibus li. iiii. de pu-
blicis iudiciis lex iulia de adulteriis cohercendis non solum temeratores alienaꝝ nuptiarũ gladio punit: sed &
eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent: sed eadem lege iulia etiam stupri flagitiu; pu
nitur. Quu; quis sine ui uel uirgine uel uiduam honeste uiuentem stuprauerit. Erat & lex Iulia de ambitu.
Lex Iulia repetundarum. Lex iulia de annona. Lex iulia de residuis. ℭ A d quē surridēs: supple ait. Fœlicia.
scilicet sunt hironia est. ℭ Pudorem: honestatem. ℭ Tertius cato: catones fuere plures: duo autem celeber-
rimi & morum censores. Marcus Cato orator & censor. Et. M. Cato prætori9 qui se bello ciuili uticæ intere
mit censorii pronepos. Natus enim ex. M. catone tribuno plæbis filio Marci catonis salonianii filii. M. cato-
nis oratoris atq; censoris quod scribit Gel. li. xii. c. xviii. æmilius uero probus ait ꝙ cato censor factus seuere
præfuit ei potestati. Nam & in complures nobiles animaduertit: & multas res nouas in edictũ addidit quã
luxuria reprimeretur: quæ iam tũ incipiebat pululare. Quomodo aũt cato maior factus est censor uide Plu
tarchum. ℭ Sed tamen: unde eum facere remordet. ℭ Opobalsama: omnibus odoribus præfertur balsa-
mum. Est autem arbuscula uiti similior q̃ myrto perpetua coma succus e plaga manat: quem opobalsamũ;
uocant eximiæ suauitatis. Lignum xylobalsamum uocatur: & coquitur in unguentis: pro succo ipsum sub
stituere officinæ. Præcipua autem gratia lachrymæ: secunda semini: tertia cortici: minima ligno. auctor Pli-
nius libro duodecimo capitulo xxxvi. ℭ Dominum: unguentarium: scilicet. ℭ Quod. si. eum accusat tur-
pissimi coitus. ℭ Vexant: excitantur. ℭ Leges ac iura: lex iurisē spēs ius. n. generale est ius ad nõ scripta ēt
pertinet: leges ad ius scriptum. Ser. primo æne. Iura dabat legesq; iuris. Ius præterea dictum quia iustum est
ℭ Scatinia: ea lex lata in pædicones: ex cuius sanctitatæ multos utriusq; ordinis damnauit Domitianus au
ctore tranquillo. Dicta autem a Caio scatinio. qui ut scribit Valerius libro sexto filio Marcelli uim inferre au
sus est: & patre accusante damnatus. ℭ Scrutare: exquire. ℭ Defendit numerus: Lucanus ait. Quicqd mul-
tis peccatur inultum est. ℭ Iunctæq; umbone phalanges. idest acies: loquitur autem metaphoricos. Sed
quid sit phalanx Curtius aperit ita dicens. Macedones phalangem uocant peditum stabile agmen: uir uiro
armis arma conserta sunt. Continet autem phalanx uiros centum & uiginti ut aliqui scribunt fiebatq; armo
rum series umbonibus inter se colligatis. ℭ Vmbone: umbo ꝓprie scuti ps media ē quasi umbilicus. ℭ De
testabile: uituperabile. ℭ Magna inter molles concordia. Nihil est enim quod ad se rem ullam tam alliciat:
& tam attrahat: q̃ ad amicitiã similitudo: ut inquit Cicero. Vera tamen amicitia in bonis duntaxat habet.
ℭ Curios: qui simulant se esse tanta continentia quanta fuit Curius: qui de sabinis sannitibus lucanis triũ-
phauit & accusatus præde subrepte cadum protulit ligneum: quem sibi ex præda solũ restare iurauit. Mar-
tialis in hoc genus hominum: qui loquitur curios assertoresq; camillos. & alibi: Quære aliquem curios sem-
per labiosq; loquentem. ℭ Gypso: idest statuis: ex gypso. hominis autem imaginē gypso e facie ipsa primus
omnium expressit: cæraq; in eam formã gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius frater Lysip
pi. ℭ Pluteũ: per pluteũ intelligit pinacotheca: idest repositorium tabulaꝝ pictaꝝ: ea tantum dabatur arche
typis & ueteribus imaginibus. Plinius Pinacothecas ueteribus tabulis cõsuunt. alienasq; colunt effigies.
ℭ Qui curios simulant. hoc est abstinentiam: & frugalitatem curiorum. Tradũt historiæ. M. Curiũ exactis-
sima frugalitate: & perspecta fortitudine fuisse cũq; illo in scamno sedenti sannitum legati magnũ auri põ-
dus publice missum attulissent. inuitarentq; ut eo uti uellet: R espondit. M. Curium male imperare locu-
pletibus ꝙ locupletu; fieri. Et qui acie uinci non potuit: eum pecunia corrumpi non posse. ℭ Bacchanalia
pro bacchanaliter: nomen pro aduerbio. ℭ Gypso crysipi: statua Crysipi. Nam gypso imagines fingi uide
mus Instruentes enim bibliothecas suas imaginibus & simulachris magnorum & clarissimoꝝ philosopho
rum se doctos fieri existimabãt. ℭ Crisipus: hic Zenonis discipulus fuit acutus sana philosophus: Vt q mul

Mars cu;
Effluxio-
nes
Abortio-
nes
Scaurus
Lauronia
Lex iulia
Catones
Balsama
Opobal-
samum
Xilobal-
samum
Lex
us
Scatinia
ex
Phalanx
Vmbo
Amicitia
DOM.
MER.
M. Curi9
Crysipus

tis præceptoribus repugnauerit: statuã habuit athenis in ceramico positã in dialectica clarissimus fuit: ita ut non illepide quidam dicerent Si apud deos dialectica habetur: nõ temere alia erit q̃ quæ a crisippo inuẽta fuit. Scripsit librorum uolumina supra quinq; & septingenta. ℂ Aristotelem: Aristotelis statuam. Stagirites hic fuit Nicomachi filius: Platonis discipulus tum Alexandri præceptor: eiusq; sectæ princeps. quæ peripatetica appellata est. ℂ Pitacon emit: Hunc mityleneu; legimus. Et ex lebso tyrãnũ Melanctũ depulisse. Et certantibus ateniensibus atq; mitvleneis dux in bello factus Phrinonẽ atheniensium ducẽ singulari certamine recte obuolutum interfecit. Vnus ex septem sapientibus fuit. ℂ Archetypos. Archetypum dicitur quodcũq; ita primũ fabricatũ est ut exemplar reliqs sit. Quod his endecasylabis poeta nobilis expssit. Cogis me calamo manuq; nostra Emendare meos pudens libellos: O q̃ me nimiũ probas amasq;: qui uis archætypas habere nugas. Et Plinius iunior ad antonium. Vt enim pinctores pulchram absolutãq; faciẽ raro nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc archætypo labor & decido. ℂ Pluteũ: Plutei ut a Põpeio festo traditur crates erant corio crudo intextæ quæ solebant opponi militibus opus facientibus: & appellabant̃ militares: Nunc ẽt tabule quibus aliquid præsæpitur eodẽ nomine dicuntur. ℂ Seruare: uetus fuit mos: ut apud utrũq; Plinium apparet: ex auro: atq; argẽto: aut certe ex ære imagines clarorũ uirorũ i bibliotecis dedicare illis: quorũ immortales animæ in locis iisdem loquunt̃. Dubiũ autẽ an primus asinius pollio Romæ hoc inuenerit: an priores cæperint alexandriæ & pergami: qui bibliotechas magno certamine instituerunt. ℂ Cleantas. accusatiuus forma græca. Cleantes phanii Asii filius egregius pugil quũ athenas uenisset Zenõi adhærens generose philosophatus est: & in iisdẽ permansit dogmatis: celebratus maxime fuit in labore. Nam ualde pauper esset: mercenariam uitam agebat: & noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem uero in sermonibus exercitabat̃. Vnde phreantes appellatus est quasi puteos hauriens.

(Margin: Aristoteles; Pittacus; Archetypum; Pluteus; Cleãtea)

VAL. ℂ Qui cu. si. similo non dicimus licet similis est dicatur sed simulo est autem similo imitor & refero. Cicero de republica q̃ alius simulare. Hora. in arte poetica. & fortasse compræssum scis simulare: idem in epistolis. duceret æra fortis Alexandri uultum simulantia. hinc quia proxima significatio est pro fingo ponitur: ẽ ergo sensus qui simulant se curios. ideſt fingunt aut simulant uerbis quidem curios ideſt referunt: sed uiuunt obscœnæ. ℂ Bacchanalia uiuunt. quia in bacchanalibus athenienses usq; eo turpiter uixisse dicuntur: ut & homicidia facerent: & alia complura obscœna actitarent ex consule bacchanalia interdicta sunt cum in his matronæ adulteria paterentur: aut quia in italia. ut cum multi scribunt: tum Augustinus de ciuitate dei q̃ sacra liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis: ut in eius honorem pudenda uirilia colerent̃: nõ saltẽ aliquantum uerecundiæ in secreto sed in propatulo exultante nequitia: nam hoc turpe membrum per liberi dies festos cũ honore magno plostellis impositũ prius rure in cõpitis & usq; in urbẽ postea uectabat̃: i oppido aũt lauino uni baccho totus mensis tribuebatur: cuius diebus oẽs uerbis flagitiosissimis uterent̃: donec illud mẽbrũ p forũ trãsuectũ esset atq; in loco suo quiesceret: cui mẽbro inhonesto matrẽfamilias honestissimã palã coronã necesse erat iponere: sic uidelicet bacchus placãdus fuerat in ꝓuẽtib⁹ seminũ: ergo bacchanalia uiuũt: fœdissimã agũt uitã: & ẽ bacchanalia pluralis noiatiua nõ accusatiuus: ut cũ dicimus hic uiuit pecus uel uiuit mulier. & lõge magis turpitudinẽ exaggerat q̃ si bacchice eos uiuere itulisset. ℂ Quãq̃ plena oia gypso. i. gypsatis tabulis in qbus philosophorũ simulacra fuerant. gypsum est quo tectoria parietibus inducunt̃: unde gypsare ꝓ eo quod ẽ aspergere: & medicaminibus ꝓfundere: Cice. usus est i epistolis ad trebaciũ: q Medeã gypsatis fuisse manibus dicit: & gypso obturo & occludo: ut collumella: Tũ in fictili picata fidelia cõponito: & aut passo aut defruto cõpleto: ita ut omne pomũ summersum sit: opculo deinde posito gypsato. Idẽ nõ multo post. Cũ deide modicæ aruerũt i uasa noua sine pice opculata & gypsata sicco loco. reponito. ℂ Chrysippi inuenias. Crysippus philosophus Asianus stoicorũ cũ Zenone princeps. Nã ꝑfectissimus horũ: ẽ siqs tabulã de gypso uel eburneã aut aureã hẽt: quæ antiquã imaginẽ cõtineat. ℂ Perfectissimus horũ. deest ẽ. ℂ Siqs Aristotelẽ similẽ. i. picturã: uel statuã q̃ Aristotelẽ referat. ℂ Vel pittacon emit. de septẽ sapiẽtibus unũ quẽ parua isula ꝓpe mithylenẽ & eius fratrẽ antimenidã emisit. ℂ Et iubet. & uult. ℂ Archetypos: antiquos: ab eo quod est archæos antiquus & typos forma. Mar. Sic tãq̃ tabulas scyphosq; paule oẽs archetypos hẽs amicos: nec refert ꝙ secũdã syllabã archeus ꝓducat: & eãdẽ archetypus corripiat quod i plerisq; aliis idẽ soleat inueniri: ut in geometra & acheronte. ℂ Pluteũ. armariũ hic significat: nã est ubi pluteus dicat̃ machina ad expugnãdos muros: quæ ad similitudinẽ cassidis cõtexit̃ e uimie & ciliciis uel coriis ꝓtegit̃ ternisq; rotulis: quarũ una i medio: due i capitibus apponunt̃ in q̃cunq; partẽ uolueris admouent̃ more carpẽti. hos obsidẽtes muris admouẽt applicãtq; eorũq; munitione ꝓtecti sagittis siue fũdis uel missilibus defensores oẽs de ꝓpugnaculis ciuitatis exturbãt: ut scalis ascẽdendi ꝓstet̃ occasio: ut inqt Vegetius. Cæsar in cõmẽtariis. Semꝑq; hostibus spes uictoriæ redintegret̃ eo magisq; ꝙ deustos pluteos turriũ uidebãt: nec facile adire aptos ad auxiliandũ aiaduertebãt. Nũc ẽt tabulæ: ut festus inqt qbus aliqd ꝓsepit̃ eodẽ noie dicunt̃. ℂ Seruare cleanthas. imagines cleãtis. Cleãtes philosophus Zenonis attici scolã succeſſor excepit. quã solẽsi chrisippo reliquit.

MAN. ℂ Tædia non lambit: in fellatores id scribitur. Tædia uero meretricis nomen cum aliis. ℂ Ispo: cinædi nomen: & dici potest ab ἱσπω quod est sequor sectabat̃ enim draucos. Plinius libro quarto epistola ad ursum de altero uel de eodem meminit ita. Censuit Bebius Macer cõsul designatus lege repetũdarum Bassũ tenери Cepio Ispo salua dignitate iudices dãdos uterq; re-

(Margin: Ispo)

Tædia non lambit cluuiã: nec flora catullã.
Ispo subit iuuenes: & morbo pallet utroq;
Nunq̃d nos agimus causas: ciuilia iura
Nouim⁹: aut ullo strepitu fora uẽa moueũs
Luctant̃ paucæ; comedunt coliphia paucæ.
&c &c.

Vos lanam trahitis.calatisq; peracta refertis
Vellera: uos tenui prægnātē stamine fusum
Penelope melius: leuius torquetis arachne
Horrida quale facit residēs in codice pellex.
Notū est cur soli tabulas ipleuerit hister
Liberto: dederit uiuus cur multa puellæ.
Diues erit magno quæ dormit tertia lecto:
Tu nube: atq; tace: donāt arcana cylindros:

cte.&c. ¶ Subit: ad fellandum scilicet & patiendum. ¶ Vtroq;: agendi & patiendi: uel potius quia fellat & pedicatur: ut exemplum conueniat. Dixit enim. Tædia non lambit cluuiam &c. ¶ Nunquid: hoc aduerbium indicatiuo soli adiungitur: ad quod pertinet interrogatio auctore Prisciano libro decimoquinto. Seneca tamen epistola.ix.subiunctiuo adiunxit: ait eni. Nunquid perdidisset.omnia inquit bona mea mecu; sunt.de Stilbone philosopho loquitur.Ite; epistola septuagesima secunda ait.Nunquid illo definiendū sit. ¶ Agimus tractamus. ¶ Causas: causa est negociu; cuius finis est controuersia: ut finit apollodorus auctore Fabio libro tertio. ¶ Ciuilia iura: ius ciuile est æquitas constituta iis qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas. Item ius ciuile est quod in legibus senatusconsultis rebus iudicatis iurisperitoꝝ auctoritate edictis magistratuum more æquitate constat. Quod quidem Cicero scribit in topicis. ¶ Fora: forum iudicatorum & litium est sedes: auctore Nonio: utq; festus etiam ait: forum est in quo iudicia fieri solēt. Colliphia: idest panes luctatorum. Aliqui aiunt dici a κῶλον quod est membrum: & ἶφι robur. Aliqui uero colliphia a κολλιξ: quod est panis subcineritius. ¶ Stamine: filo. dicitur autem stamen ab stando: ꝙeo stat omne in tela uelamentum. Sub tegmen uero est quod subit stamini: ut Varro scribit. Penelope melius: hæc Vlyssis uxor absente uiro procos tela decipiebat: pollicebatur enim absoluta tela se eis obsecuturam: noctu autē retexebat: Ab officio itaq; nomen assumpsit πηνιον enim fusus ē quo reuoluit subtegmē. Arachne: de hac Naso in metamorphosi. Lyda puella fuit quæ textura cum pallade certauit. a qua postea in araneam cōuersa. Dicitur autem αραχῶ quod est compono apto congruo. Plinius libro septimo scribit: ꝙ fusos in lanificio reperit Closter filius Arachnes: Linum & rætia Arachne. ¶ Horrida: inculta. Quale: scilicet stamen. ¶ Codice: arboris trunco. Codex enim uel caudex in arbore dicitur quod supra terram simplex assurgit. in herbis uero caulis appellatur. ¶ Pellex: idest ancilla uel meretrix: quæ uxores pellices esse possunt: cum ad eas uiri accedere ualent: Martialis in libro duodecimo. in Zelotypam etiam ministros pellices appellat dicens.

Nungd
Causa
Ius ciuile
Forum
Coliphia
Stamen
Subtegmen
Penelope
Penion
Arachne
Arao
Fusus
Linum
Rætia
Codex
Caudex
Caulis

Cum tibi nota tui sit uita fidesq; mariti.
Nec præmat ulla tuos: sollicitetq; toros:
Quid quasi pellicibus torquæris inepta ministris
In quibus & breuis est: & fugitiua uenus.

¶ Pellex autem appellata est ea: quæ iungeretur cu m eo: cui alia matrimonii causa foret: & interpretari potest concubina. De quo Gel. libro quarto capitulo tertio ¶ Notū est cur soli: illos hoc loco lauronia repræhendit: qui quidem muliebria patiebantur. Nec solo legas cum nemo dixerit unquam desunt enim exempla huius uocis: & si dixere olim huius soli uni ipsi. Antiqui etiam textus soli habēt Hister: seueri cinædi nomen. ¶ Tabulas: testamenti uidelicet. ¶ Puellæ uxori dedecoris sui consciæ. ¶ Tertia: uir enim medius ē. Draucus & uxor extremi. ¶ tu nube ad mulietes apostrophe: idest conuersio. Clyndros: Clyndrus dicitur ε κολινΔω κολιξῶ quod ē uoluo: est enim lapis teres in modum columnæ: quo area æquabatur. Vnde cylindri etiam dicti sunt lapides quidam oblongi quibus mulieres ornabantur: erat enim summa commēdatio in longitudine: ut Plinius scribit libro trigesimo septimo capitulo duodecimo. Intelliguntur aūt Elēchi qui fastigiata longitudine erant: quos digitis suspendere & binos ac ternos auribus fœminarum gloria est inquit Plinius libro nono capitulo trigesimoquarto.

Pellex
Cilyndrꝰ
Cylizo
Elenchi.

¶ Tristibus: idest hominibus seueris: qui tristi supecilio graues & censorii uideri uolūt. Martialis. Sed habet tristis quoq; turba cinædos. ¶ Socraticos cinædos: Socratici dicuntur: qui de moribus disputant: nam socrates primus de moribus disputare cœpit dictusq; philosophiam de cœlo in terram traduxisse: hi ergo erāt Socratici cum de moribus loquerentur. Sed tamen erant cinædi: nam draucos: idest mētulatos sibi adoptabant: ut in pāniculum Martialis: qui cum uerbis & supercilio philosopharetur erat cinædus: Dic mihi præcidi panniche dogma quod est? & nos in commentariis Martialis: quos edidimus: ubi hoc genus hominū notabatur: discimus in socraticos cinædos scribi.

DOM.

¶ Frontis nulla fides: ideæ fronti non credas: quæ contracta in rugam seueritatē tristis supercilii ostendit: Sic Martialis: Nolito fronti credere nupsit heri. ¶ Vicus: ex multiplicatis domibus fit uicus: Ex pluribꝰ uero uicis urbs constat. ¶ Obscœnis: Obscœnum ab ob & cœnum: scilicet interposita componi Priscianus affirmat. Varro ex ob & scœna: quod scœnis id daretur: quod obscœnum foret: Dicaturq; obscœnūm quasi ad scœnam. Alii ab oscis quorum fuit usus libidinum. ¶ Inter socraticos cynedos: hoc est inter eos: q̄ quū perditi sint moribus frugalitatem & abstinentiam Socratis simulant. Et uenusta est per repugnantiam uerborum acclamatio. Nam nihil est æque contrarium & repugnans ꝙ esse socraticum & cynædum. Cynædi dicuntur quasi pudore uacui κενὸς: idest uacuus & ὁ αἰδώς pudore. Vel ut Horos milesius tradit παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα quasi a mouendo pudenda. ¶ Fossa præcipitium in uitia. ¶ Hispida: hirsuta: & hirta ¶ Pollice: leui: depilato ano Leuis prima producta nitidum & politū significat. ¶ Mariscæ. ficus insipidæ & fatuæ: Vt Martialis uersibus apparet Ait enim Chiam uolo: nolo mariscam: & alio loco. Infanti melimella dato: fatusq; mariſchas Nam mihi quæ nouit pungere chia sapit. Plin. & Cato fico: mariscas in loco cre-

MFR.
Vicus
Obscœnus
Cynedus
Marisca

toso & aperto ferito. Sed hic pro morbo accipitur: qui solet iis innasci qui muliebria patiuntur. Nec nisi admoto igne ferro sanari potest: de hoc morbo plura a nobis dicta sunt in eo opere ubi Galeotti errores refutauimus. ℭ Medico ridente. Aut præsentem pœnã: & debitam flagitio: aut quia causam morbi nouit.

VAL. ℭ Quis. n. nõ uicus abundat tristibus obscœnis: hiis philosophis. mœstus animo: tristis uultu. Plau. in curculione. tũ isti græci qui ambulãt capite operto: tristes incedunt: cõstant cõferunt inter se sermones. ℭ Obscœnis: sunt qui obscenũ sine b lr̃a scribant: quod ab oscis deducant q̃ spurce loquebant̃: & apud quos frequentissimus fuerit libidinũ usus: & ab illis uerba obscœna impudentia appellari. alii cũ b scribi arbitrant̃: sed ex obs & cœnũ uerbũ compositũ quidã ex ob & scœna obscenos dictos putant turpes & funestos: ac iõ obscœnũ quod nisi in scœna adiici non debeat. quidam ab eu quod absit nonnulli obscœnũ quasi obscœũ quod græci scœã sinistrã uocent. ita Festus Põpeius Varro & priscianus inter se dissentiunt. quid autẽ horum magis quispiã ꝓbauerit: habebit quẽ sequat̃ auctorẽ. ℭ Cum sis inter socraticos notissima fossa cinædos. Cinædos socraticos molles philosophos. qui Socratẽ imitari uolunt uideri: cũ sint domi molles: aut certe socraticus ꝙ moralis philosophiæ Socrates inuentor fuisse existimet̃. unde Ci. hiis exposuit sese q̃ subtilitate quadã disputãdi refellere eoꝝ instituta solebãt uerbis huius ex uberrimis sermonibus extiterũt doctissimi uiri a quo primũ philophia nõ illa de natura quæ fuerat antiqor sed hæc de qua i bonis rebus & malis: deq; hominũ uita & moribus disputatur inuenta dicitur: unde & ab Horatio dictum illud i arte poetica ẽ. Rem tibi socraticæ poterũt ostendere chartæ: quãq̃ Aristotelem in magnis æthicis uideo dissentire. est ergo sensus. socraticus palam uideri uis qui de moribus disputes. at domi cinædus esse. nec cinædus tantum: sed inter omnes qui se socraticos iactãt domiq; turpissimi sunt: tu notissima fossa es: cui sententiæ magis accedo: nam est & alter sensus: ut socraticos uideatur cinædos dixisse: quia Aristophanes i comœdia quæ nephæle inscribitur: lacerat socratem & discipulos ipsius: cum sit ipse peior. ℭ Promittunt. ostentant. ℭ Atrocem. fortem animum. ℭ Podice leui. depilato. ℭ Mariscæ: hæmoroides caricæ ficus. ℭ Medico ridente. iõ ridet medicus: quia cognoscit causam: unde illud uitium mariscæ extitit quæ pars secari debet. ℭ Magna libido tacendi. magna uoluptas id silentio sane: ut Augustinus inquit: est ulciscendi libido quæ ira dicitur: ẽ libido habendi pecuniam quæ auaritia ẽ: ẽ quõcunq; uincendi libido: quæ pertinacia noĩatur: libido gloriãdi quæ iactantia nuncupatur: sunt multæ uariæq; libidines: quaꝝ nõnullæ habent ẽt uocabula propria: quædam uero non habent: quis. n. facile dixerat quomodo uocet̃ libido tacendi: aut libido dominandi. Cũ igit̃ sint multaꝝ libidines reꝝ. cum libido tñ dicitur: neq; cuius rei libido sit additur: nõ fere assolet aio occurrere nisi illa qua obscœnæ partes corporis excitant̃. ℭ Peribonius. nomẽ Cinædi Cybelis: matris deoꝝ: qui impudicitiã publice professus est. nomẽ aũt effictum est a περὶ circum: & βωμος: quæ latine ara dicit̃.

De nobis post hæc tristis sententia fertur.
Dat ueniam coruis. uexat cẽsura columbas.
Fugerunt trepidi uera ac manifesta canentẽ
Stoicidæ. quid enim falsi laronia? sed quid
Non facient alii cum tu multicia sumas
Cretice? & hãc uestem populo mirãte perores
In proculas & pollineas. est mœcha labulla
Damnetur si uis etiam carphinia talem
Non sumet damnata togam. sed iulius ardet
Aestuo: nudus agas: minus est ĩsania turpis
En habitum. quo te leges: ac iura ferentem
Vulneribꝰ crudis populꝰ mõ uictor: & illud
Montanum positis audiret uulgus aratris.
Quid non ꝓclames ĩi corpore iudicis ista:
Si uideas quæro an deceãt multicia testem?
Acer & indomitus: libertatisq; magister
Cretice pelluces: dedit hanc cõtagio tabem:

ℭ Tristis sententia: illa uidelicet ubi nũc lex iulia dormis. ℭ Coruis uitiosis: Manilius etiã libro quarto ait.

MAN. Quinetiã infœlix uirtus: & noxia fœlix. ℭ Censura: iudicium cum seueritate. Censura itẽ honor quidã a censendo id est iudicando. eratq; nefas olim censores præterq̃ ex patribus creari. Sed de censura ample in uita Catonis primi Plutarchus edocet. diximus & plura in satyra undecima. ℭ Columbas innocẽtes. Stoicidæ: ficti philosophi: de moribus enim locuti clunẽ agitabant. Stoici autem a στοα: idest porticu dicti sũt apud athenas enim porticus erat ubi Zeno docebat q̃ summo in honore apud athenienses habebatur: adeo ut urbis ac mœniũ claues apud illũ deponerent plura Laertius. ℭ Cũ tu multicia sumas: quãdam mollẽ ut habitus ostendebat arguit cum in mulieꝝ mores ille inueheretur. Multicia uestes erant tenues ac lucidæ e serico: dicta ꝙ mulcerent suauitate sua. Poeta uero intelligit de bombice coa: ait enim plinius libro undecimo capitulo uigesimosecũdo. Nec puduit has uestes etiam uiros lenitate usurpare propter onera æstiua: in tantum ab lorica gerẽda discessere mores ut oneri sint etiã uestes. superiore uero capite dixerat ꝙ bombices telas araneorum modo texunt ad uestem luxũq; fœminarũ quæ bombicina appellatur. ℭ Cretice: idest iudicans uel iudex ut sequentia indicant: deducit̃ eni mutatis litteris ab græco κριτής quod iudex dicitur: κρίσις uero iudicium. ℭ Perores: indignationem cõmouens: commouentur enim affectus in ipsa peroratione: idest orationis fine. ℭ In proculas: proculæ similes meretricum nomina sunt hæc omnia. ℭ Talem tam turpem. ℭ Non sumet damnata togam: fœminæ enim adulterii cõmissi conuictæ in publicum procedere cogebantur uirili toga indutæ. Auctores sunt: Porphyrio & Acron libro primo sermonum. ℭ Sed Iulius ardet: cretici uerba. ℭ Minus q̃ mollicies. ℭ En habitũ: exprobrantis est. ℭ Crudis: cruentis adhuc. nam crudus dicitur ꝙ sit cruentus. ℭ Populus modo uictor: Romanus quidem populus. Nam Vespasianus Claudio imperante ut Tranquillus scribit insulam

Virtus Noxia Cẽsura Zeno Multicia Bõbix coa Bombices Creticꝰ Fœmiæ dãnatæ Crudus

uectem

u ectem britanniæ proximam in dicionem redegerat. Domitianus item armenios uicerat & dacos. ¶ Mõtanus uulgus: in urbem enim plæbs ipsa ab agris confluebat quotiens leges promulgabantur. ¶ Quid non proclames: quasi dicat omne conuicium. ¶ Deceant testem: quasi dicat non tanto minus decent iudicem. ¶ Acer: ordo est. O cretice tu acer & indomitus: & magister libertatis: idest morum censor: & rector. ¶ Pelluces: transluces seu ualde luces: a per: & luceo. ¶ Contagio: a contingo dicitur morbus qui polluit quicquid tangit latius tamen in Tityro iam diximus. ¶ Dedit hanc contagio labem. Alter alterum in uitia tru dimus inquit Seneca: & epistola. vii. ait: Malignus comes quãuis candido: & simplici rubiginem suam affricuit. Et philosophus libro. ii. eth. sic. Nos enim ipsi quia magis ad uoluptates sumus procliues: iccirco facilius ad intemperantiam q̃ ad modestiam inclinamur.

¶ Peribonius: fictum nomẽ est: & ad scurrã põt referri nã græci uolomochon appellant scurram. Verbis Herculis: nã Hercules: ut est apud Xenophontẽ eo libello quẽ scripsit de dictis: & factis Socratis memoratu dignis cum uoluptatem: & uirtutem habitu muliebri uidisset cohortationẽ audiuisset utriusq;: magna uerbo℞ grauitate accusata uoluptate uirtutẽ est secutus: Sed hi cũ uoluptatẽ iisdẽ prope uerbis dãnẽt: quibus olim Hercules turpissimi sunt. Locũ Xenophontis in officiis suis traduxit Cicero: licet multa omiserit: Et Sillius in quarto decimo. ¶ Sextus: non qui apud Domitianũ fuit notatur: Sed quis grauis erat supercilii tpibus Iuue. & turpissimæ uitæ. ¶ Varillus ifamis: notissimæ infamiæ tpib⁹ Iuue. ut olim fuit Sippus: qđ scribit Plutarchus. ¶ Loripedem. Loripedes ut Pli. Megastenis testimonio docet: in India anguium mõ ingredit̃: & obrepit. ¶ Milo: qui cæde clodiana dãnatus cum in lucanis res nouas moliretur ad Cossam in opugnatione saxo ictus occubuit: in eo p̃cipue notatus ab annalibus quod septingẽto℞ miliũ sextertiorũ æris alieni curã ptulerit. ¶ Clodius: nõ mõ mœchus Pompeiæ: de quo multa in cõmentariis Tranqlli diximus: Sed ẽt dua℞ soro℞: q̃℞ altera Lucullo: altera Metello nupserat: auctores Liui⁹: Cicero: Plutarchus. DOM.

¶ Rarus sermo: raritate sermonis seueritatẽ ostendunt. ¶ Atq; supcilio breuior coma. Ne ut comati infames habeantur tonsi incedunt. Tale nanq; fuit celebre apud græcos prouerbiũ: Vt Synesius ait οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ φιλήτης. nullus cõat⁹: q idẽ cynedos si sit. ¶ Periboni⁹ fatis iputo: quia urgẽtib⁹ fatis uiciũ suũ pubice fatet̃: & ẽ ẽm eos locutus: q aiunt: ducunt uolentẽ fata nolẽtẽ trahũt. ¶ Herculis: idẽ herculeis: & fortibus. ¶ Clunẽ agitant: aut in repræhendendo uicia clunẽ agitant: aut in rem turpẽ expræssit ¶ Ceues: ceuere est clunẽ agitare: quĩ gestus adulantiũ est proprius. Sic Persius. An romule ceues. ¶ Loripedem rectus: Venustæ simiritudines. Neq; enim debet claudus eum qui recto pede est irridere: nec q niger est albũ. Adiicit p̃terea ex historia exẽpla multa: per quæ ꝓbat eum qui in aliũ dicturus sit: oportere uicio carere. ¶ Gracchos: Tiberiũ: & Caium gracchos: qui ferendæ legis agrariæ studiosi in tribunatu cæsi fuerunt. Nam Tiberium gracchum Scipio Nasica in capitoliũ persecutus oppræssit: Caium autem Opimius consul interfecit. ¶ Verri: Verres in sicilia: Caio sacerdoti prætori succesit: eamq; non succedẽte alio per triennium tenuit. Atq; in ea fuit libidinose: crudeliter auareq; uersatus. Succedente tandem in eã prouinciam Metello: repetundarũ a siculis est postulatus. ¶ Homicida miloni: Milo clodium Ciceronis infestissimum inimicũ: quum illi occurrisset ultra bouillas circa horam nonam interfecit: ob quã cædem in iudicium uocatus: q̃uis illum nobilissimi oratores defenderent damnatus tamen fuit atq; in exilium masiliã intra paucos dies obiit. ¶ Clodius accusat mœchos. Clodius hic pulcher dictus est: qui quum pompeiam Cæsaris uxorem deperiret in muliebrem habitũ domum Cæsaris: ubi tunc sacra bonæ deæ fiebant: ingressus uim pompeiæ inferre uoluit. Cognita uero fraude a cæteris mulieribus: repulsus pollutarum cerimoniarum reus est factus: Sed fraude iudicum absolutus fuit: & si in eum testimonium Cicero dixisset. ¶ Catilina cethegum: Lucius Catilina: coniuratione cum pluribus inita: rem publicam opprimere uoluit. Sed Ciceronis consilio defensa est patria atq; seruata. Inter coniuratos Cethegus fuit: in quem si catilina diceret: ferendum ut minime esset. Ita intollerandum est uirum pessimum audere in uicia dicere. MER' Synesius Gracchi Verres Milo Clodius pulcher

¶ Verbis herculis: sanctis cuiusmodi usus est Hercules ad uirtutẽ: & uoluptatem: cũ singulæ eum ad se al licere: ut apud prodicum & Xenophontẽ est: conarentur. ¶ Clunem agitãt: ad stuprum. aut certe clunem agitant dum sibi nimiũ placent & gloriantur. Clunis a græco γλουτός uerso g in c media littera in re nuẽ. ¶ Ceuentem: declinante; te ad stuprũ. ¶ Sexte. senator. ¶ Varillus. pro uulgari: & plebæio ponit̃. ¶ Loripedem: claudũ. ¶ Aethiopem albus: hoc dicit: qui sine uicio est ille uiciosũ rideat: sic Plautus. Qui alter℞ incusat probri sũme senitere oportet: æthiopes dictos quidã putant ꝙ ustas solis calore facies habeãt ab ætho uro: & ops facies: alii a rege æthiope. ¶ Quis tulerit gracchos. Quis cœlum terris non misceat: & mare cœlo. Lucretianum est. nã & ille inquit Non si terra mari miscebitur & mare cœlo. ¶ Quis tullerit gracchos de seditione querentes: qui turbulentissime tribunatum gerentes ab ipsa repu. cuius statum conuellere conati erant interfecti sunt: atq; eo℞ insepulta iacuere cadauera. ¶ Si fur displiceat uerri. Gneo Põpeio & Marco crasso consulibus. C. uerres: ut inquit Pædianus perfunctus q̃stura: & prætura urbana patre. C. uerre: & prætextato filio cum uxore secessit in siciliam: atq; in ea libidinose auare crudeliterq; uersatus: secedente tandem in eãdem prouinciã metello: repetunda℞ reus a siculis postulatus est: qui Marcũ Tullium illo tpe in foro pene regnantẽ: & defensionib⁹ amicorũ florentẽ ad accusandum descendere compulerunt: iampridem ipsis necessitudine copulatum q̃ q̃stor in sicilia fuisset prætore Sex. peduco. ¶ Homicida miloni. qui clodium apiũ in uia apia paulo ultra bouillas occidit: pro cuius defensione Cicero longe pulcherrimã habuit orationẽ: sed nota ẽ historia. ¶ Clodius. L. spillæ nept. m inter publicas cerimonias ad eã muliebri ueste ... uiciauit: cuius rei tã constans fama fuisse dicit̃: ut senatus q̃stionẽ de polutis sacris decreuerit: & licet. P. Clodius Ciceronis accusatione grauatus sit: tũ absolutus ẽ. ¶ Clodi⁹ accuset mœchos VAL.

quippe qui etiã in tẽplis stupra cõmisit: cũ in bonæ deæ templo cæsaris uxorem p adulteriũ cõpræsserit. ℂ Catilina cethœgũ: qui in patriã Cicerone consule cõiurauerant: quam historiam Crispus Salu. scripsit.

Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit: & porrigine porci:
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.
Fœdius hoc aliqd quãdoq; audebis amictu
Nemo repente fuit turpissimus: accipient te
Paulatim q longa domi redimicula sũmunt
Frontibus: & toto posuere monilia collo:
Atq; bonã tenere placant abdomine porcæ
Et magno cratere deã. sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen:
Solis ara deæ maribus patet: ite prophanæ
Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt orgia tæda
Cecropiam soliti baptæ lassare cotyton.
Ille supercilium madida fuligine tinctum

MAN. ℂ Porrigine porci: porrigo morbus est ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgũt: hæ quoque acute resoluũtur: & interdum madent sepius siccæ sunt: fereq; id in capillo fit: rarius in barba aliquando etiam in supercilio. Hec lib. vi. celsi. propter quod Iuuenalis ait: scabie: & porrigine idem significans. ℂ Vuaq; cõspecta: similitudo est: sic enim unum exemplum aut luxuriæ aut auaritiæ multum mali facit: ut scribit Seneca epistola. vii. (Exẽplũ mali) ℂ Fœdius hoc: Ordo est quandoq; audebis aliquid fædius hoc amictu. ℂ Accipient te: i sacerdotes inuehitur quorum collegium Mineruæ i albano Domitianus instituerat: ubi quidem mollissime uiuebant: ostenditq; eos nihil differre ab mulieribus colentibus bonam deam. ℂ Domi: non enim in templo talia sed domi peragebant. ℂ Redimicula: ea sunt quibus mitræ alligantur. (Redimicula) ℂ Sũmunt tanq̃ mulieres. ℂ Bonam deam: eandem esse maiam bonã deam & terram ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse confirmat Cornelius labeo. (Bona dea.) Bona dicitur quod omnium nobis ad uictum bonorum causa est. Eandem alii proserpinam credunt: porcaque ei rem diuinam fieri: quia segetem quam Ceres mortalibus tribuit porca depasta est: Præterea uinum in templum eius non suo nomine solet inferri: sed uas in quod uinum inditum sit mellarium nominatur: & uinum lac nuncupatur: templumq; eius uirum introire non licebat: hæc & plura Macrobius lib. i. sat. sunt & plura in satyra. vi. ℂ Abdomine. i. sumine: quod antiqui abdomen uocabant auctore Plinio. lib. xi. (Abdomen) ℂ More sinistro: ritu contrario: uiris enim non licebat bonæ deæ sacris interesse. ℂ Prophanæ: impiæ scelerate pollutæ irreligiosæ: prophanum inquit Festus dicitur quod phani religione non tenetur. (Prophanum) ℂ Nullo: pro nulla tibicina. ℂ Gemit resonat. ℂ Talia qualia quidem in albano effœminati & molles sacerdotes colebant. ℂ Orgia bacchanalia: nam orgia bacchi sacra dicebantur ὀργὴ ira dicitur. ὀργάω concito: concitabantur enim in illis sacris & furore agitabantur: hic autem poeta orgia dixit ob similitudinem quandam lasciuiæ & luxus: sed de orgibus plura diximus circa finem georgicorum. (Orgia) ℂ Cicropiam soliti baptæ lassare cotyton. Soliti est in antiquo textu: conuenit hoc loco magis meo quidem iudicio probi illud: scribit enim q; baptæ comediæ titulus fuit: in qua Eupolis inducit uiros athenienses ad imitationem fœminarum saltantes lassare psaltriam cotyton: quod nocturno tempore agebatur: ppterea secreta tæda baptæ demum uiri ipsi impudici hic intelligũtur. (Baptæ; Cotitos) ℂ Ille supciliũ: in eosdẽ sacerdotes mineruæ in albano bacchãtes scribitur. Pli. lib. xi. c. xli. sic ait. Extremũ ambitũ genæ superioris antiq cilium uocauere: unde & supercilia. ℂ Madida fulgine tinctũ: Vrsinus adeps raritatẽ supciliorum emẽdat mixtus cũ fungis lucernaȝ ac fuligine quæ ẽ in rostris earũ Auctor est Plinius. libro. xxviii. c. xxi. (Superciliorum unguẽtum)

DOM. ℂ Discipuli tres: Lepidus. l. octauius Antonius: qui discipuli Syllæ dicuntur: quoniã eandem disciplinam administrandæ rei. p sunt secuti: nam & .psi proscripserunt ciues ut Sylla. Cicero: Prima ætate incidimus in perturbationem ueteris disciplinæ: Tranquillus: Locustæ prædia dedit: sed & discipulos: hoc est qui eam imitati sunt. In horũ hoĩum quos carpit Iuuenalis uitam simulatam Plinius: Vultus Epicori per cubicula gestant: & circumferunt secum natali eius uicesima luna sacrificato: feriasq; omni mense custodiunt: quas icadas uocant: maxime hi q se ne uiuentes quidem nosci uolunt. ℂ Qualis: Domitianum notat: ut initio satyræ diximus naȝ Iuliã Titi fratris filiam ardentissime dilexit ac frequentibus abortiuis perire coegit: auctores Tranquillus & Plinius. ℂ Tragico concubitu. qualem tragici scribere solent. ℂ Leges: legem iuliã aduersus adulteros. Martialis: Iulia lex populis ex quo Faustine renata est: & alibi sæpe. Lex præterea erat Iulia de siccariis: Lex item Iulia: quæ phibet magistratuũ munus ab hospite accipere: ut scribit pædianus.

MER. ℂ In tabulaȝ syllæ si dicant discipuli tres: Cornelius Sylla deuicto utroq; mario: tabulam proscriptionis prim⁹ proposuit Post aliquot deinde annos Antonius lepidus & Augustus inuadentes triumuiratum syllanam tabulã proscriptis multis ciuibus reuocarunt. (Tabula proscriptionis) ℂ Discipuli tres. Antonius Octauius: & Lepidus nã quod de Cæsare Crasso: & Pompeio quidam dicunt fide carent & testimonio. Qualis erat tragico de Domitiano intelligendum est qui Iuliam Titi fratris filiam stuprauit: iussitq; ut grauida abortũ faceret. Aborsa itaque pre dolore periit. (Domitiani) Reuocauerat sane Domitianus legem Iuliam: quæ multo ante ab Augusto contra adulteros lata fuerat (ut Suetonius tradit). (Iulia lex) ℂ Tragico concubitu. Qualis is est quem tragici scribunt: a quibus fere nephanda stupra: & illiciti coitus tractantur. ℂ Leges amaras: Iuliam legem: de quo facto hæc Martialis Ludus erat sacræ cõnubia fallere tædæ. Ludus: & immeritos excubuisse mares: Vtraq; tu phibe: cæsar: populisq; futuris Succurris: nasci quos sine fraude iubes: Nec spado iã: nec mœchus erit: te præside quisquã: At prius: o mores: & spado mœchus erat. Plinius itẽ ad Cornelium scribit Domitianũ ut illustraret sæculũ suũ exẽplo aliquo seueritatis Corneliam maximiliã uestalem uirginẽ absentẽ: inauditamq;

tãq; dãnasse incesti:cũ ipse fratris filiã incesto nõ poluisset solũ uerũ etiã occidisset: Nã uidua abortu periit.

VAL:

¶ In tabulam syllæ:quã:& Augu:in eo libro quem de ciui:dei inscripsit:referens ita detestatur:Obsesso inquit senatu a sylla uictore de ipsa curia tanq̃ de carcere protrahebantur ad gladium qui iam in ipsa pace bello crudeliore desæuiens septẽ milia deditorum inermia non pugnando sed iubendo prostrauerat:& in tota urbe quẽ uellet unus quisq; syllanus feriebat: unde tot funera numerari omnino nõ poterãt donec sylla rogare sineret aliquos uiuere ut eẽnt q̃bus possent imperare q uicerant.tunc iã cohibita q̃ hac atq; illac passim furibunda feriebat licentia:tabula illa cũ magna gratulatione ꝓposita est q̃ hoĩum ex equestri ordine splendido atq; senatorio occidendorũ atq; proscribendorũ duo milia continebat. ¶ Si dicant discipuli tres, dicãt in tabula hoc ẽ syllã sæuitiæ arguãt Cæsar Põpeius Crassusq; syllæ fuere discipuli:aut certe tres discipuli:Augustus Lepidus Antonius.h.n.triũuiri fuerãt:qui per cruẽtũ fœdus iuncti cũ rempu.inuasissent syllã imitati senatũ & equestrẽ ordinẽ prascripsere:ut ait Probus:quis ergo non miretur si tabulã ꝓscriptionis syllanæ improbauerint. ¶ Discipuli tres.si tranquillum sequimur marcũ crassum syllam:& luciũ antonium: qui marci antonii in quẽ Cicero philipica scripsit fratrem accipiemus:nã ante paucos inquit dies q̃ ædilitatem iniret uenit in suspitionẽ conspirasse cũ marco crasso consulari.itẽ.P.sylla &.L.Antonio post designationem consulatus ambitus condẽnatis:ut prinncipio anni senatũ adorirentur:& trucidatis quos placitũ esset dictaturã crassus inuaderet & ipse ab eo magister equitũ diceretur cõstitutaq; ad arbitrium republica syllæ:& lucio Antonio consulatus restitueretur:sed ei sententiæ quã de triũuiris ꝓtulimus ipse magis accedo. ¶ Qualis erat tragico nuper pollutus adulter concubitu.sunt qui Domitianũ Vespasianum q germanicus dictus intelligi uelint:qui ut Trãquillus inquit:fratris filiam adhuc uirginẽ oblatã in matrimonium sibi cũ deuinctus domitiæ nuptiis pertinacissime recusauit:non multo post alii collocatã corrupit ultro & quidẽ uiuo cũ tito:mox patre ac uiro orbatam ardentissime palãq; ut etiam causa mortis extiterit coactæ conceptum a se abigere:sed siquis Iuue.uerba attentius inspiciat: hic sensus nullo modo congruit cũ & tot abortiuis dicat:& offas similes patruo & leges eum amaras reuocasse: qualis ergo nuper erat:claudium cæsarem incessit: cuius consilio occisa messalina uxore impudicissima iuliam agrippinam fratris filiam matrem Neronis reuocatam ab insula in matrimonium accæpit concesso iure nuptiarum ex senatuscõsulto quam dicit frequenter abortum appetisse apud clodium ne ex ipso cohæredem Neroni filium pareret:cui præparabat imperium:ut Probus inquit.Tragico igitur concubitu ĩfamis claudius qui scelerate fratris germanici Domitiani filiam iuliam in adulterio sumpserat maritatam cum ipse de adulteris leges sæuissimas promulgasset:unde:& Tacitus.At claudius inquit matrimonii sui ignarus:& munia censoria usurpãs theatralem populi lasciuiam seueris ædictis increpuit certum est igitur Claudium taxari qui fratris filiam duxit uxorem agrippinam occisa priore uxore messalina:Agrippina autem Neronis mater.

Obliquã producit acu:pingitq; trementes
Attollens oculos:uitreo bibit ille priapo:
Ræticulũq; comis auratum igẽtibus implet
Cerulea indutus scutulata:aut galbana rasa
Et per iunonem domini iurante ministro:
Ille tenet speculũ pathici gestamen othonis
Actoris arunci spolium:quo se ille uidebat
Armatum:cum iam tolli uexilla iuberet.
Res memorãda nouis annalibus atq; recẽti
Historia:speculum ciuilis sarcina belli.
Nimirũ summi ducis est occidere galbam:
Et curare cutem summi constantia ciuis:
Bebriaci in campo spolium affectare palati:
Et præssum in faciẽ digitis extendere panem

MAN.

¶ Producit:extendit:pingit ordo est: Et attollẽs oculos pingit trementes tremunt enim quũ digitis attollunt. ¶ Pingit: Pli.xi.c.xli.sic ait.Palpebræ in genis homini utrinq;. Mulieribus etiam infectæ quottidie: tanta est decoris affectatio ut tingantur oculi quoq;. Id autem græce Iulius pollux sic appellat.τοὺς ὀφαλμοὺς ὑπογροφεῖ τὰς ὀφρῦς πελαίνει. Hoc ẽ oculos pingit:supercilia denigrat. Tortellius uero in dictione phucus sic ait Est etiam phucus color quidã purpureus qui græce phycos dicitur:ubi y græcũ in u nostrum conuertetur: de quo xenophon in pædia ciri.Quidam inquit oculorum inferiores palpebras quodam phuco depingentes decorem gratissimum in aspectu contrahebant. ¶ Vitreo priapo Pli.etiã li xxxiii.c.i.sic ait:Auxere & artem uitiorum irritamẽta:in poculis libidines cælare iuuit ac per obscœnitates bibere. ¶ Ræticulum: tegmen capitis muliebris auctore Nonio. ¶ Cerulea uiridi seu uiridia si uoles acu satiui esse casus. ¶ Scutulata:uestimenta orbiculos quosdam habentia in similitudinem scutularum.i.rotundarum formarum: scutulis autem diuidere gallia instituit:Auctor Pli.li.viii.c.xlv. ¶ Galbana rasa genera sunt uestium dicta ab galbaneo colore qui est sublucidus & sub albus cum palore:hæ autem uestes muliebres erant dumtaxat. ¶ Et per iunonem.Et pro etiam:non enim dominus tantum:sed etiam minister per iunonem iurabat imitans dominum ipsum: quod agere fœminæ solebant.Seneca epistola tertia libri.xix.sic scribit:ita tamen hoc seponas uolo:ut meminetis maiores nostros:qui crediderunt stoicos fuisse singulis enim:& Genium & Iunonem dederunt:at epistola.xii.de uilico suo ita ait:Iurat per genium meum se omnia facere Pli.item li.ii.c.vii.sic:Cum singuli quoq; ex semetipsis totidem deos faciant iunones geniosq; adoptando sibi.Hoc itaq; repræhendit poeta q non per genium sed per iunonem domini minister iuraret:muliebri.s.more: Vnde sic apud petroniũ arbitrum quartilla loquitur: Iunonem meam iratam habeam si unquam meminerim uirginem fuisse: de genio autem latius in sat.vi.ibi.s.nemo mathematicus. ¶ Ille tenet speculum:in eosdem sacerdotes pro-

Phucus pocula turpia

Galbaneus color

Genius Iuno

Pathos
otho
sequitur:qui ut fœminæ speculo se comebant. ℂ Pathici:patientes libidinem:mutuo enim stupro concissia tus est Neroni. παθητος autem passio dicitur παθητικος passiuus. ℂ Gestamen othonis: In othonis reprævhensionem diuertit: Is autem Galbæ successit fuisseq; traditur munditiarum pene muliebrium uulso corpore:quin & faciem quottidie rasitare ac pane madido linire consuetum:Idq; instituisse a prima lanugine:ne barbatus esset unq̃ quod Suetonius edocet. ℂ Actoris arũci spolium:ironice: Actor enim non speculum sed hastam ingẽtem portabat:hic autem gloriabatur gestando speculum:quod deuicto othone rapuisset uti in li.xii.æn. Turnus gloriatur q; hastam eripuerit. Actori arũco. Est autem. Maronis carmen tale. Exin quæ mediis ingenti adnixa columnæ. Aedibus astabat ualida; ui corripit hastam. Actoris arunci spolium:quassatq; trementem. Vociferãs &c. ℂ Ille.otho.s. ℂ Res:supple est. Annalibus. Dicunt. Annales omnino esse id quod historiæ sint:historias non omnino esse id quod Annales sint. Ita historias aiunt gestarum expositionem uel demõstrationem esse: Annales uero esse quum res gestæ pluriũ annorum,obseruato cuiusq; anni ordine componuntur. Gellius auctor.li.v.c.xviii. Annales Diomede scribente dicti q; fere singulorum annorum actus contineant. ℂ Speculum:supple erat. ℂ Ciuilis belli:quod otho cũ uitellio gessit ad Bebriacum uicum inter Veronam:& Cremonam. ℂ Sarcina:ea est utensilium & eorum quæ ad cultum: & ad cæterum usum pertinent unde milites cum castra mouere uolu-t: sarcinas colligere dicuntur. ℂ Nimirum summi:ironicos loquitur. ℂ Galbam: Galba septimus imperator Neroni successit nullo gradu contingens Cæsarum domum:demum ab suis desertus trucidatus est ab Othonis militibus. Otho enim ab Galba adoptari expectabat:sed Pisone prælato:is enim adoptatus est:ad uim conuersus ẽ: itaq; imperator euasit: Auctor est Suetonius. ℂ Bebriaci campo Bebryacum libro septimo uicum esse Tacitus scribit inter Veronam cremonamq; situm duabus romanis cladibus notum infaustumq;:ubi Trãquillo teste fraude superatus est Otho:quum spe colloquii facta quasi ad cõditionem pacis militibus eductis ex improuiso atq; in ipsa consultatione dimicatum fuisset ab uitellii scilicet militibus:quos quidem præmiserat aduersus Othonem cum ipse in gallia esset:ubi etiam de morte Othonis audiuit:qui sane seipsum in castris occiderat post sui exercitus cladem. ℂ Spolium palati: idest romani imperii spolia & exuuias in cãpo.n. Bebryaci cũ Vitellii militibus pugnauit ut diximus:quos Vitellius ipse ab Galba habuerat, quũ missus ab illo ẽ in iferiorẽ germaniã. In palatio aũt reges & cõsules & ipatores maiori ex pte sedẽ habuerũt.

Anna
les
Historiæ

Sarcina

Galba

Bebry-
tium
Otho

DOM. ℂ Scauros:lege Plinium de uiris illustribus:& Valerium Maximum. ℂ Laronia: proditissima muliere accipitur. Martialis: Abnegat & retinet nostr umlaronia seruum. Respondes orba est diues anus:uidua. Quẽ uersum ex nostris scriptis accæptum incredibile est mirum q̃ peruerterit Fidentinus: hoc totum fictum est de laronia a Iuuenale:cui partes suas assignat ad uirorum uitia insectanda. ℂ Scantinia:lex lata in pædiconnes:ex cuius sanctitate multos utriusq; ordinis damnauit Domitianus: ut refert Tranquillus:dicta a.C. Scantinio:qui ut scribit Valerius uim filiæ Marcelli inferre ausus est:& patre accusante damnatus.

MER. ℂ Marti uenerique:quos in adulterio iniecto rete per dolum Vulcanus deptræhendit:quæ fabula fuit toto notissima cœlo. ℂ Abortiuis:immaturis:& ante tempus editis. ℂ Iulia. hec titi filia fuit:cuius cineribus philis nutrix domitiani:quæ puellam ipsam educauerat: funerato cadauere commiscuit cineres Domitiani. ℂ Fœcundam uuluam. propter crebrum conceptum:& partum. Vulua in reliquis animalibus dicitur In muliere uero uterus: legimus & locos in plurali dumtaxat uuluam significare: alibi tamen spatiosius de uulua & locis disseruimus. ℂ Patruo. Domitiano. ℂ Offas. frustra carnis:hoc est informes fœtus & immaturos:qui tamen aliqua ex parte patruum referent. ℂ Scauros fictos:qui itegritatem & seueritatem scaurorum simulant. Fuit:enim Emilius scaurus nobilis:& pauper:sed eloquentia sua gloriam peperit:consul ligures & gantiscos domuit:atq; triumphauit: censor uiam emiliam strauit:pontem Emilium fecit. Idem filium quia præsidium deseruerat in conspectum suum uetuit accedere: ille ob hoc dedecus mortem sibi consciuit. Scaurus senex cum a Vario tribuno plebis argueretur:quasi socium:& latium ad arma coegisset: apud populum ait Varius: Emilium Scaurum socios ad arma coegisse Scaurus negat: utri potius. credendum putatis. ℂ Toruum:pro torue. ℂ Lauronia:proprium meretricis nomen. Tertius Cato. duo fuere Catones senior:qui & censorius dictus est. Alter uero uticensis qui seipsum uticæ iterfecit:ne:scilicet imanus Cæsaris uiuus ueniret. Quantum autem Romanis moribus censorius ille Cato profuerit: Seneca testatur his uerbis ad Lucilium scribens. Marcus Cato censorius:quem tam reipublicæ fuit nasci: quã Scipionem. Alter enim cum hostibus nostris bellum:alter moribus gessit. ℂ Sed tamen unde hæc emis. facete remordet. ℂ Hirsuto piloso & hispido. ℂ Opobalsamum:succus balsami: quod præfertur omnib⁹ odoribus uni terrarum iudeæ concessum ut auctor est Plinius. In duobus tantum ortis: Arbor ipsa balsamum dicitur:quæ incisa uitro:lapide osseisue cultellis succum emittit:quem opobalsamum uocant eximiæ suauitatis. Xylobalsamum lignum balsami dicuñt. Et carpobalsamum fructum Nunc uero in iudea balsamum non est arbore ipsa in Aegyptũ traslata: unde Opobalsama ad nos ueniunt. ℂ Dñum tabernæ uguentariũ Tabernã hic posuit pro myropolio: ubi unguenta uenduñt. ℂ Vexantur: excitantur. ℂ Scãtinia lex in eos qui nefando scellere laborabant:qua lege: ut scribit Suetonius Domitianus quosdam ex utroq; ordine cõdẽnauit:hac quoq; lege in iurisconsultũ sic iocat ausonus. Iuriscõsulto:cui uiuit adultera cõiunx. Papia lex placuit iulia displicuit. Queritis unde hæc sit distantia:semiuir ipse Scatiniam metuens:nõ metuit iciã. Celius ad Ciceronẽ:ri ũ uenilegis scatinæ iudiciũ apud drusũ fieri. ℂ Vmbone phalanges:umbo eminentior pars scuti. ℂ Iũctæ phalanges:hoc sane iminente periculo pedites soliti erãt facere:ut sic inuicẽ intexerent scuta:ne agmen illud quamlibet magno cuneo perumpi posset:phalãx quadrata est acies:& ẽ dictio macedõica. ℂ Molles. effœminatos:tedia flora catulla & clunia:maretrices fuere.

Vulua
Vterus
Loci
Scaur⁹
Varius
Cato
cum moribus
bellum
gessit
Opobalsamum
Balsanum
Xylobalsamum
Myropolium
Scatinia
lex
Phalãx

ℂ Veneri

¶ Veneri marti qui in adulterio præhensi a Vulcano adamantinis uinculis ligati ferűtur omnibus diis sui præbuisse spectaculum: quam apud Homerum fabulam in .viii. odysseæ demodocus cantor in conuiuio alcinoi latissime: & copiosissime cantauit ad citharam: unde Hora. Quis martem tunica tectum adamantina digne scripserit. ¶ Fœcundam Iuue. Hæc enim potionem accipiens abortum faciebat quippe quæ p adulterium concipiebat. ¶ Patruo si. Quoniam constat claudium eo usq; deformem fuisse: ut mater Antonia portentum eum hominis dictitaret nec absolutum a natura sed tantum inchoatum at si quem socordiæ arguebat stultiorem aiebat filio suo. ¶ Patruo: quia germanicus tiberii claudii frater cuius germanici agrippina filia. ¶ Offas pro partu posuit. ¶ Vicia ul. extreme uiciosi. ¶ Fictos con. scau. qui scaurorű se ueritatem simulant. Marci scauri continentiam: Vale. maximus & multi alii laudibus extulerunt. ¶ Castigata a fictis philosophis cum se frugi prædicant: & turpissimi inueni untur. ¶ Laronia: meretricis nomen. ¶ Lex iu: quæ in adulteros est consti tuta. ¶ Subridens: indignabunda laronia. ¶ Tertius e coe. ce Cato: tu es tertius irridens: multi quidem Catones fuisse leguntur: sed duo inter cæteros nobilissimi: prior censorius: posterior qui de loco mortis uticensis est appel atus. ¶ Spirant: hoc loco significat sudãt uel redolent. ¶ Opobalsama: balsami succus ab ops opos succus: & balsamus ita & syropus a syro traho: & ops opos. i. succus qui trahit. ¶ Dominum modo. ta. ut hec nos quoq; opobalsama domini habeam⁹ quibus perungamur: & ironicos dictum accipiendum est. ¶ Scantinia: in impudicitiam uirorum lata lex quæ in cinædos promulgata fuit: lex inq: ut qui ingenuum stuprasset sestertiorum decem milia exolueret. ¶ Faciunt hi plu: quæ repræhendenda sint q̃ mulieres. ¶ Iunctæq; um. pha. populus multitudo: quod. n. a multis peccatur pene inultű est: aut quod hoc crimen milites plus cæteris consectentur. Phalanx enim lingua macedonum peditű stabile agmen dicitur. Home. αἰαὸ Λεπόω τος τελα ὰο νιὸ ἔρκοὸ αἰον πρωονρηξεφα λαγγα. ¶ Inter mol. i. cinædos: aut quoscũq; generaliter enunciatur. ¶ Magna inter mol. con. Concordiã pro amicitia posuit: cum amicitia beniuolentia atq; concordia auctore Aristotele distinguantur: ut sit amicitia mutuus amor: beniuolentia cum incognitus mihi ob ingenuos mores aut eloquẽtiam uel simile aliquid placet. ¶ Concordia ãt in actione conuenientia quædã est: ut Plato: & Aristoteles concordes sunt ubi de naturæ principiis loquuntur: uterq;. n. tria esse rerű principia uoluit: licet nõ oĩo eisdẽ utant̃ uerbis: sed uno uerbo possumus cõcludere amicitiã: & beniuolentiã ĩ intelligibilibus cõsistere: ut beniuolẽtia initiű amicitiæ sit: concordia uero ĩ actõe. Est ergo sensus magna inter molles concordia. i. amor mutuus: q de uoluptate ꝑcreat̃: aut cõcordia: ad idẽ agẽdű similis cõsẽsus: & ut exẽplo utar. Aristotelis: si domiari tibi uoluero & tu mihi seruire cupias ac me optes domiari: erit cõcordia: In nostro muliebri.

Q d̃ nec ĩ assyrio pharetrata semiramis orbe
Mœsta: nec actiaca fecit cleopatra carina
Hic nullus uerbis pudor aut reuerẽtia mẽsæ
Hic turpis cybeles: & fracta uoce loquendi
Libertas: & crine senex phanaticus albo
Sacroꝝ antistes: raꝝ ac memorabile magni
Gutturis exẽplű: conducẽdusque magister.
Quid tamẽ expectãt: phrygio quod tps erat
More: supuacuã cultris abrũpe carnẽ? Ciam
Quadraginta dedit graccus sestertia dotem

¶ Semiramis: fuit hæc Nini regis assyriorum uxor: magni mulier animi & bellatrix maxima: multos eni populos bello uicit: uixitq; annos. lxii. cű. xlii. regnasset: de qua Diodorus libro tertio multa. ¶ Cleopatra ea filia fuit ultimi Ptolemæi qui auletes dictus ẽ: hæc mortuo parente ab alexandrinis regno præfecta est: cum fratre natu grandiore demum eiecta fuit: Cæsar uero ab exilio reuocatam ægypti reginam constituit. post Cæsaris mortem Antonius Cleopatram accepit in uxorem: ex qua & filios suscæpit: ambo postea i actiaco bello fuerűt ãbo fugerűt: ãbo postea ab Cæsare Augusto sűt euersi. hæc ex Strabõis libro decio septimo. Suetonius etiam: & Florus: & Plutar: q̃plurima ¶ Mœsta: timebat eni ppea mœsta: hæc prima dux fugæ fuit quam mox secutus Antonius alexandriã usq;: ubi: & seipsum occidit capta urbe ab Augusto & Cleopatra: quæ postea adhibitis u beribus anguibus sese interemit: quod latius Florus scribit et Plutarchus. ¶ Carina: est actium epiri promontoriű Augusti colonia cum templo Apollinis nobili ac ciuitate nicopoli: quæ uictoriæ ciuitas interprætatur. Vide Plinium & Strabonem. ¶ Hic nullus uerbis pudor: ad sacerdotum ut supra scelera hinc redit. ¶ Turpis cybeles turpium sacrorum libertas: ludi enim romæ turpissimi fiebãt cybele eo potissimű die quo lauabat in almone fluuio: ante cuius lecticam: ut Augustinus scribit: spurcissima quæq; audiente frequentissima multitudine utriusq; sexus cantabantur: & quæ uel obscœnissimo cuiq; pudorem incuterent. ¶ Fracta uoce. lasciuia eneruata. ¶ Et crine senex: & hic est senex albo crine: phanaticus sacrorum antistes rarum ac memorabile exemplum magni gutturis & magister conducendus. ¶ Phanaticus diuino afflatus numine: & qui futura canit dicitur: & phani custos. ¶ Antistes: princeps. Tullius pro domo sua ad pontifices. Aliæ cerimoniæ nobis erűt: alii antistites deoꝝ immortaliű. Ibidem qui estis Antistites & cerimoniarű & sacroꝝ. ¶ Conducendus: constituta mercede ducendus: adeo præstat aliis in uitiis supple. ¶ Quid tamen expectant: sensus est: cum turpis cybeles mos eis placeat: cur se non castrãt ut Galli cybeles sacerdotes: de quibus Naso libro q̃rto fast. Qui enim egallo amni in phrygia biberit insanus redditur: & furens hinc cybeles sacerdotes galli dicti. ¶ Supuacuã: i his uidelicet qui nubűt ut mulieres. ¶ Quadringenta seu quadragita utrunq; enim in uetustis codicibus legitur: Quadringẽta uero sestertia erant equestris census: lacerat autẽ masculoꝝ nuptias: quæ quidem uti inter uirum & uxorem celebrabantur omni seruato ritu. ¶ Gracchus: generosus aliquis: & diues inter illos sacerdotes quales gracchi fuere: de quibus superius patuit.

VAL. MAN. Semirãis Cleopatra M. Antonius. Phanaticus Antistes Galli sacerdotes

DOM. ¶ Tedia non lambit:in fellatorem hoc dicit:qui lingere & lambere alterum dicitur: Martialis: Lingas nõ mihi:nam proba & pulsilla est:Philenis tamen notatur a Martiale: undenas uorat in die puellas: & Lauphea ac Medullina alibi carpuntur a Iuuenale ꝙ tribades inter se essent:Id prima Sapho dicitur excogitasse:unde mascula ẽ appellata:& cũ lesbia fuerit λεσβιζειν id agere est:ut ex Aristophane discim⁹. ¶ Hispo nomẽ fictũ ab Hispo infami cuius meminit Plutarchus. ¶ Subit ore.s.ad fellandũ. ¶ Agimus causas:agere causas in mulieribus turpissimum habebatur unde i exemplis antiquitatis est Aphraniam Licinii Brutonis uxorẽ:nõ ꝙ aduocatis deficeret:sed quia impudentia abundabat causam egisse. Calphurnia & Amesia pari infamia notantur:paucos excipit nam alibi notantur a Iuuenale quædam ꝙ luctentur Eudromydas tyrias:& fœmineum ceroma. Quis nescit. ¶ Coliphi celibum scribit Pollux panem esse forma proceriore in modum passali ut græce dicam:qua figura quoniam erant panes quibus uescebantur gladiatores appellati sunt coliphia. Mar. Priapum dixit in quam speciem ex siligine erat formatus: ut in distichis est: & genitalium muliebrium formam in quibusdam panibus fuisse idem alibi indicat:Illa siligineis pinguescit adultera cũnis. ¶ Coliphia:idest panes luctatorum:gladiatorum uero cibus erat ad firmandos artus ficus arida:ut scribit Plinius. Mart. de phileni luctante: Cum colophia sexdecim comedit. Scio aliis uideri posse coliphia dici a κωλον:quod mẽbrũ significat:& ιφι robur:placet magis a colibo:de quo est dictũ. ¶ Penelope:Icarii & Polycaste:ut Pausanias uero scribit Icarioti filia:unde Icariotis a Propertio: Quæꝗ terrunt fastus icarioti tuos:& Ouid. Icariotide tela:in hac lanificium auctoritate Homeri commendatur: quod ea arte absente marito procos elusit. ¶ Arachne:ut fabulæ ferunt lanificio certauit cũ Pallade:ut ex historia scribit Plinius prima reperit linum & retia:& eius filius Closter fusos in lanificio.

MER. ¶ Lambit:ad coitum.s. ¶ Hispo nomen cinedi. ¶ Et morbo pallet utroꝗ agendi subaudi: & patiendi.

Lambit ¶ Colliphia:panis genus. Fit autem hæc dictio ασωτουκόλικος forma diminutiua:est enim collix subcineritius panis:cuius meminit Aristophanes in fabula quæ inscribitur Acharnanes sic dicens ω χαίρε κολλικοφαγεβοιωτίδιον hoc est salue Collicophage: quam dictionem exponens grammaticus quidã eruditissimus contendit dicendum esse collitium non colliphium:Nos item plura dicemus cum illud Plauti enarrabimus: Colliphia mihi ne incocta detis. Quod autem luctatores hoc panis genere uterentur significat Martialis sic dicẽs de philinide. Nec cenat prius aut recumbit ante ꝙ̃ septem uomuit meros deunces: Ad quos fas sibi tunc putat redire:cũ colliphia sexdecim comedit. ¶ Penelope Icari filia Vlyxis uxor: quæ lanificio & absentia mariti solabatur:& procos frustrabatur: quibus se consensuram absoluta tela pollicebatur: sed ut eos longius frustaretur noctu retexebat: quod interdiu texuisset. ¶ Arachne:puella lida: quæ de lanificio ausa est cum Pallade certare: sed uictrix de Arachne percussam radio in araneam commutauit. Hoc quamquam a poetis fictum sit:aliquit tamen occulte ueritatis in se habet. Constat enim auctore Plinio Arachnem linum & retia inuenisse: cuius filius closter fusos in lanificio inuenit: Penelope & Arachne prisciano tradente:datiui sunt græci pro ablatiuis positi.

Colli phia

Tela pe nelopes

Arach ne

VAL. ¶ Tedia non lambit cluuiam:nomina hæc sunt meretricum: ¶ Lambit: lambendo deosculatur. ¶ Hispo:cinædi nomen. ¶ Morbo pallet:ex stupro:quod passus est:sabinus morbum diffinit habitum cuiuslibet corporis contra naturam:qui usum eius faciat deteriorem: cui⁹ causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit:id autem alias in toto corpore alias in parte solet accidere:nãꝗ totius corporis morbus est:ut puta febris:partis uelut cæcitas:licet hõ ita natus sit:uiciumꝗ a morbo multũ differre arbitratur:nam si qs utputa balbus sit: hunc uiciosum esse magis ꝙ̃ morbosum. Sed hæc ab Vlpiano in ædilitii ædicti interptatione abunde exposita. ¶ Nunquid nos agimus cãs:quod uirorum est. ¶ Luctantur paucæ: crissant:uel certe luctantur certãt:qđ uiroꝝ est. ¶ Comedunt colophia paucæ:membri uirilis formã:athlætæ.n. comedunt de fermento offas quæ uocant colophia. ¶ Lanam trahitis:scatinnatis. ¶ Peracta:pfecta. ¶ Arachne:quæ a pallade ob inuidiã in araneã conuersa fertur et est ablatiuus a noiatiuo Arachnes:nam Arachne quod ẽ fœmininũ:ut plæbe:tela ipsa nominatur:cũ aĩal ipsũ genere masculino Arachnes:ut anchises sit.

Cornicini; siue hic recto cantauerit ære:
Signatæ tabulæ: dictum fœliciter; ingens
Cœna sedet: gremio iacuit noua nupta mariti.
O pceres; cẽsore op⁹ ẽ; an haruspice nobis
Scilicet horreres maioraꝗ mõstra putares:
Si mulier uitulum; uel si bos ederet agnum:
Segmenta & longos habit⁹ & flamea sũmit
Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus: o pater urbis
Vnde nefas tantum latiis pastoribus? unde
Hæc tetigit gradiue tuos urtica nepotes?
Tradit ẽ ecce uiro clar⁹ genere atꝗ opib⁹ uir

MAN. ¶ Cornicini:cornu cantanti quod curuũ erat. ¶ Recto ære:idest tuba: Ouidius in metha. Non tuba directi nõ æris cornua flexi. Vsus erat. ¶ Tabulæ:dotis uidelicet. ¶ Dictum fœliciter dictum scilicet est:fœliciter supple agãtur nuptiæ. ¶ Censore:ad mores corrigendos. De censura lautissime uideto in satyra .xi. ibi. Censoris mores. ¶ Haruspice:ad monstra expiãda:nam uirum nubere par monstrum est mulieri parturienti uitulum :aut boui agnum. In ruina hierosolymæ teste Iosepho bos cum hostia duceretur agnum in medio phano peperit. Et Plinius scribit libro septimo capitulo quarto: Alcyppen elephantum peperisse:quod inter ostenta est. Nam & ancilla serpentem inter initia marsici belli. ¶ Hruspice: solebant enim haruspices per ostenta & similia monere futura malo expianda: hinc Cicero in oratione de responsis haruspicum sicait:haruspices ut a seruitio caueremus monerẽmus monerent. Gellius item lib. decimo quinto ca-

pitulo

Nec galeā quassas? nec terrā cuspide pulsas
Nec quereris patri? uade ergo & cede seueri
Iugeribus cāpi: quem negligis: officiū cras
Primo sole mihi peragendū in ualle quirini.
Quæ cā officii? quid quæris? nubit amicus
Nec multos adhibet: liceat mō uiuere: fient
Fient ista palam: cupient & in acta referri.
Interea tormentū igens nubentibus hæret.
Qđ nequeūt pere: & partu retiere maritos.
Sed melius quod nil animis in corpore iuris
Natura indulget: steriles moriuntur: & illis
Turgida nō prodest in pyxide cōdita lyde:

pitulo sexto: ita scribit. Ostentum enim est & piaculis factis procurandum. ℭ Haruspice: Donatus in phormione sic ait: haruspex ab haruga nominatur: nā haruga dicitur hostia ab hara in qua concluditur & seruatur. Hara autem in qua peccora cōcluduntur &c. De haruspice autem Iuuenalis etiam satyra vi. ait. Armenius uel comagenus haruspex pectora pullorum rimatur & exta catelli: Interdum & pueri. ℭ Maiora: quasi dicat minime. ℭ Segmenta: eosdem arguit sacerdotes molliciei: muliebribus enim uestibus & ornatu utebantur. ℭ Segmenta: Seruius libro primo æn. Monile segmentum appellat & ornamentum guturc quod quidem uerum esse credendum Valerius enim ait: Datum est mulieribus ut segmenta aurea gestarent: et Plinius libro sexto capitulo xxxiiii. Segmenta circulos significare ostendit his uerbis: plura sunt autem hæc segmenta mundi: quæ nostri circulos appellauere græci paralellos. ℭ Flamea: rubra tegmina quibus noua nupta uelabatur: hinc Festus ait obnubit caput operit: unde & nuptiæ ab capitis opertione. Idē quoque ait: Flameo amicitur nubens ominis boni causa: quod eo assidue utebatur flaminia: idest flaminis uxor qui non licebat facere diuortium. ℭ Arcano: est enim intrinsecus lorum. ℭ Loro: retinaculo corio. ℭ Nutantia: huc illuc declinantia. ℭ Clypeis ancilibus. Clypeus: ab γλύφω quod est sculpo deriuatur: quasi γλύπτωρ: idem sculptus g uerso: in scutis enim qualibus apud troiam pugnatum est continebantur imagines: unde & nomen habuere clypeorum: ut inquit Plinius libro. xxxv. ℭ Ancilibus: rege Numa scutum e cœlo decidit qđ ancile uocauit: quia ab omni parte recisum esset: ut scribit Ouidius libro tertio fasto. Responsum est deinde ab haruspicibus illic orbis imperium fore ubi ancile consisteret: ne igitur ab hostibus raperetur undecim similia Mamurius fabricauit: quæ in templo martis seruabantur: duodecimq; sacerdotes ab Numa instituti ea collo suspensa ferebant saltantes canentesq; etiam hinc ait Ouidius dicto libro. Iam dederat saliis a saltu nomine dicta. Armaq; & ad certos uerba canenda modos. Fuitq; reuerentiæ maximæ saliorum collegium: hinc Aphricanus unus eorum fuit: pluresq; uiri dignissimi patritii. n. erant ut Lucanus ostendit dicens. Quæ lecta iuuentus patritia ceruice mouet. De saliis optime etiam Liuius in Numa. ℭ Clypeis ancilibus: scutis rotundis & circumcisis. ℭ O pater urbis: apostrophe ad Romulū urbis fundatorem. ℭ Latiis pastoribus: idest romanis: qui olim pastores duri ac rudes: nunc uero delicatissimi ac molles: uel pastoribus: idest imperatoribus: de Domitiano enim & Othone habuimus. ℭ Gradiue dicunt gradiuum thrax uocabulum esse quod bellicosum designat & fortem: latine uero Mars dicitur Iouis filius ex Iunone: uel Iunonis tantum secundū Ouidium in fast. Aliqui uero dicunt ab uerbo græco. γραδαίνειν quod est uibrare. ℭ Vrtica: metaphora est aptissima: nam herbam mordacis & uiuacis pruritus ad libidinis transtulit significantiam. ℭ Pulsas: irascentium signa expræssit. ℭ Seueri iugeribus campi. De campo martio loquitur qui Marti dicatus Martius dictus est auctore Liuio. Ibi autem iura dicebantur propterea seueri dixit. De situ autem Martii campi: & ornatu: multa Strabo libro quinto. Liuius autem libro secundo sic ait. Ager Tarquiniorum qui inter urbem ac tyberim fuit consecratus Marti: Martius deinde campus fuit & cætera. ℭ Officium cras: inductæ personæ uerba per irrisionem narrantia marium inter se nuptias celebrantium utq; Victorinus ait in rhet. officiū est quod ex legibus uel ex natura necesse ē nos iplere. ℭ In ualle qrini: ad porticū qrini quo plures cōueniebant: Martialis libro undecimo. Vicinā pete porticū quirini. Turbam non habet ociosiorem Pompeii uel Agenoris puella. Romulus autem Quirinus dictus est teste Ouidio libro secundo fast. siueq; hasta quiris priscis est dicta Sabinis. Bellicus a telo uenit in astra deus. Siue suo regi nomen posuere quirites. Seu quia romanis iunxerat ille cures. ℭ In acta referri: notari in actis memoriæ causa: omnia enim i urbe in acta referebantur: quæ quidem ad rempublicam & ad res priuatas pertinebant. De actis autem uideto saty. vii. ibi acta legenti. ℭ Interea: ordo est interea ꝙ nequeunt parere & partu retinere maritos nubentibus hæret ingens tormentum. ℭ Et partu retinere maritos: multæ prefecto a maritis abigerentur ni proles adesset: quod quidem exemplo patet: scribit enim Laertius ꝙ dicenti Alcibiadi non esse tolerabilem Xantippen adeo morosam: Socrates ait. An uero tu non toleras clamore perstrepentes anseres: illo dicente at mihi oua pullosq; pariunt: & mihi ait Xantippe filios gignit. Sed melius: ordo est sed melius est ꝙ natura indulget: idest concedit animis nil iuris: idest potestatis in corpra: optant enim concipere: natura tamen repugnat. ℭ Turgida non prodest condita in pyxide lyde: idest aranea quæ olim puella lydia a Pallade uersa est. Plinius scribit libro undecimo araneæ plura genera: sed phalangios parere trinos: cæteras pauciores: itaq; scribunt alii mulieres eo remedio ad concipiendū usas: quod hic poeta ostendere uidetur. Politianus aūt uult lyden hic esse propriū mulieris nomē gestātis medicamenta in pyxidibus: legitq; Turgida nec prodest condita in pyxide lyde: quod etiam ego legi in antiquo te tu. ℭ Pyxide pyxis buxolum dicitur: πύξος enim buxum significat.
ℭ Residens in codice pellex: aliena est ut puto eorum interprætatio: qui per pellicem intelligunt. aut Ara

Marginal notes: haruspex; Haruga; Hara; Segmēta; Flamea; Clypeus; Salii; Gradiu⁹; Mars; Martius campus; Quirin⁹ porticus; Xāthipe socratis; Pyxis

DOM.

chnē:aut Plinomelam:cum loquatur uel de ancilla textrice uel de scorto: naz scorta ad summenium habitantia texebant. Iuuena. alibi. Quem quæ uentoso conducta sub aggere texit. Meretrices autem sunt uxorum pellices cum ad eas uiri accedere possint: si de ancilla intelligis: sume auctoritatem ex Martiale: qui scribit Quirinalem cum ancillis rem habuisse: hæc autem dicūtur a Lanoria ut ita designet uiros tanquam mulieres a Draucis subagitari: quod aperte ex persona sua obiecit Iuuenalis. Sed uerecundius Laronia: atq ut tandem exprimat quid reprehendat addit. ℂ Notum est cur Hister. Hister Pacuuius captatione testamētoruz locupletatus libertum Draucum suum hæredem reliquit Atelli. Itē Histri meminit Tacitus: Sed de hoc alibi Iuuenalis: Mora nulla per Istrum Pacuuium. ℂ Cur impleuerit tabulas solo liberto: idest cur eum unum scripserit hæredem quasi dicat eo utebatur Drauco. ℂ Puellæ: ut illa conscii sceleris sileret. ℂ Cylindros: cylindri lapilli omnes sunt fastigiata longitudine in speciem cylindri: idest columnellæ formati: Solinus. Indici reges hoc genus gemmarum longissimos cylindros amant fingere eosque perforatos: & cætera. nam cylindrus columnella est ad æquandam aream: ut scribit Virgilius. Quidam tamen putauit cylindrum esse genus gemmæ: quod non placet. Cum autem elenchi qui sunt ex genere unionum fastigiata & oblonga figura sint: & hi gratissimi mulieribus: nam eos digitis suspendere: & binos ac ternos auribus gloria mulierum erat: ut scribit Plinius: Iuuenalis. Mihi designare uidetur elenchos: & per cylindros a figura elenchos intelligere: cum munera mulieribus gratissima exprimere uideatur: ut elenchi erant. ℂ Tristis sententia: lex iulia.

ℂ Hister: & Solus: propria nomina. ℂ Tabulas ipleuerit bona cōsignatis tabulis tradiderit. ℂ Puellæ: uxori & ambitiose puellam appellauit uxorem. ℂ Viuus hoc contra legem factum est: qua cauetur donationem inter uirum & uxorem factam inter uiuos non ualere: ℂ Cylindros: lapilli sunt oblongi: quibus mulieres & donabantur & ornabantur: Plinius de beryllis loquens: qui mira longitudine placebant: & elephātorum setis religabantur ait. Cylindros quidam ex his facere malunt: q̄ gemmas: quoniam est summa cōmendatio in longitudine. Ex quibus uerbis colligere possumus: cylindros oblongos esse: gemmas uero quadratas: aut rotundas. Est & cylindrus columna lapidea: qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. Virgilius. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro. In quibusdam commentariis nostris Iulium Polucem secutus: qui brachialia ornamenta ὀφεις appellari scribit: chelydros scribi præcepi: quasi genus illud ornatus simile esset spiris serpentium: quos chelydros appellant. ℂ Coruis: flagitiosis & impuris: metaphoricos dixit columbas uero innocentes & puras mulieres uel magis imbelles: & pauidas a timore & imbecillitate huiusmodi auium intelligit. ℂ Stoicidæ: uenuste usus est forma patronomyca pro possessiua.

MER. (margin)

Cylidri (margin)

Multicia (margin)

ℂ Multicia: hoc loco seuerum oratorem carpit perorantem in mulierum impudicitiam: cum ipse magis condemnandus foret: quippe qui corpore uelut denudato: in mores fœminarū acrius inuehitur. ℂ Multicia bombicē coā puto esse: de qua sic Plinius in mollicié hominum scribit. nec puduit has uestes ēt uiros leuitate usurpare pp onera æstiua in tantum a lorica gerenda discesserunt mores: ut oneri sint etiā uestes.

VAL. (margin)

ℂ Horrida incompta. ℂ Quale facit residens in codicæ: sedens assiduo opere diligenter pensa conficere solet: codex arboris trunchus. Vir. Quin & codicibus sectis mirabile dictu. ℂ Pellex: concubina quam pelacam quidam uocarunt. ℂ Tabulas impleuerit Hister: nomen fuit infamis. ℂ Libertum: qui libertū solum hæredem instituit quod ab altero stupretur: alterum lambetur uel quasi conscium turpitudinis suæ. ℂ Dederit uiuus cur multa puellæ: consciæ inquit Probus quæ dominum suum nouit præcidi. ℂ Quæ dormit tertia lecto: aut ordine aut nomen proprium est: ut putat Probus: & dormis & eris legit secūdæ personæ: ut sit: tu o tertia diues eris quæ magno lecto dormis. ℂ Donant arcana: quæ recondita animo contines. ℂ Donant arcana cylindros: hoc dicit: mariti obscœni suis uxoribus morbi sui consciis ad ornamentum comparant lapides præciosos: Pli. Ideo ex eis cylindros facere malunt q̄ gemmas quoniam est summa commendatio in longitudine quadam & angulosos putant statim nasci: & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta additaque auro repercussa: aut omnino castigata: idem quoque & Solinus dicit. est etiam cylindrus ad æquandas areas rotatilis lapis: Cato. Aream ubi frumentum teratur sic facies: confodiatur minute terra: amurca bene conspargatur: & combibat quamplurimum: comminuito terram & cylindro aut pauicula coæquato: unde & Virgilius in georgicis. Area cum primum facile est æquanda cylindro. Est etiam cylindrus omne quod rotatu facile. Cicero de fato: Sed reuertatur ad cylindrum & ad turbidem suam quæ moueri incipere nisi pulsa non possunt: id autem cum accidit suapte natura quod superest. & cylindrum uolui & uersari turbinem putat. Veteres item philosophi: ut beatus Thom. in commentario quod scripsit super Aristotelis libro: qui de cœlo & mundo inscribitur inquit: duos instituendi ad philosophiam modos habuere. primum cylindrum dixerunt quod intra multitudinem rudium adhuc discentium tractaretur a clyzo uoluo: secundum uero syntagmaticon quod iam eruditis exponebant auditoribus. ℂ Dat ueniam coruis: prouerbium de coruis fuit in impudicos ꝙ ore coire dicantur. Mart. Corue salutator quare fellator haberis. In caput intrauit mentula nulla tuum. Tacite igitur eos tangit qui oris & omnium membrorum amisere pudicitiam in omnem proiecti libidinem. ℂ Stoicidæ: contumeliose fœminino usus est genere: Sic Home. ὦ ἄοι ασθενῆ τῆρεό γαόαί ἰλεό οὐκέ ταχαίιο & Virgi. O uere phrygiæ neq̃. n. phryges Et Persius Ne mihi pollydamas & troades labeonē pretulerint. ℂ Quid enī falsi laronia: deest dixit. ℂ Multitia sūmas: multicia molles tunicas de molli cōfectas lana ab eo ꝙ mulciāt hoc ē eliciāt: qa uiduæ aūt puellæ ē uti genere uestis plucidæ.

MAN. (margin)

ℂ Luperco: mense februario ut scribit Ouidius i fast.

Nec prodest agili palmas præbere luperco.

Vicit & hoc mõstrum tunicati fuscina gracchi
Lustrauitque fuga mediã gladiator harenam
Et capitolinis generosior & marcellis:
Et catullis: paulisque minoribus: & fabiis: &
Omnibus ad podiũ spectãtib9: his licet ipsũ
Admoneas: cuius tũc munere rætia misit:
Esse ali quos manes: & subterranea regna:
Et contum: & stygio ranas ĩ gurgite nigras:
Atque una transire uadum tot milia cymba:

Luperci sacerdotes per urbem nudi discurrebant: hircinaque pelle mulierum palmas percutiebant: ut concipere posset facilius: hinc ait idem. Nupta quid expectas: non tu pollentibus herbis: Nec prece nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patienter uerbera dextræ: Iam socer optatum nomen habebit aui. Plura etiam & Plutarchus de iis in uita Antonii. Item Valerius Maximus libro secundo de ordine equestri. Fabius libro primo scribit inueniri qui lupercalia tres partes orationis esse cotenderent: quasi luere per caprum: nam soli taurilia persuasum est esse: sue oue: tauro. Luperci ℂ Vicit & hoc monstrum: postquam sacerdotum uitia poeta exposuit: hic nobiles arguit quod i arena gladiatores essent: unde ait id turpius esse quam uirum uiro nubere. ℂ Hoc monstrum quod uir uiro nubat. ℂ Fuscina certabant rætiarius & secutor: erat fuscina rætiarii iaculum hoc est ræte: quo aduersarium cuspide insequentem operiret implicitumque uiribus superaret: unde inferius ait. Cuius tunc munere rætia misit. Secutor uero ab eqisuendo rætiarium dictus: gestabat enim cuspidem quæ aduersarii iaculum impediret: hinc idem satyra octaua ait. Cum graccho iussus pugnarẽ secutor. ℂ Tunicati: est tunica uestimentum sine manicis ut Marcellus ait. Tunicati autem in arenam rætiarii gladiatores prodibant: de quo uideto latius satyra octaua ibi. Credamus tunicæ. Rætiari9 Fuscina Secutor Tunica

ℂ Graechi: pro generoso positus: nobiles enim fuerant Gracchi ut supra patuit. ℂ Capitolinius. Manlius ob defensum capitolium Capitolinus dictus: capta enim urbe auctor in Capitolium fugiendi fuit: a quo deinde Capitolina gentilitas: de quo legito Plin. ℂ Marcellus. Marcus Marcellus uir Romanus gallorum ducem singulari prœlio fudit: Syracusas per tris annos expugnauit: quinquies consul insidiis Annibalis decæptus periit. Legito Plini. & Liuium latius de bello punico secundo: fuit Marcellus alter Octauiæ sororis Augusti filius: de quo libro sexto æneí. ℂ Catulis: Quintus Luctatius Catulus primo punico bello. ccc. nauibus aduersum pœnos profectus sexcentas eorum naues inter Siciliam & Aphricam depræssit: de quo Plinius. Id tamen latissime libro primo Polybius scribit. ℂ Paulisque minoribus: idest Pauli æmilii nepotibus. Maiores paulos accipere possumus patrem & filium: pater bello cannensi cõsul obiit filius de Liguribus triumphauit: Persea Philippi filium apud Samothracas cæpit: fuit is etiam minoris Scipionis genitor: lege Plinium. ℂ Fabiis: fuere ii nobilissimi: quorum trecenti sex duce Fabio consule contra Veientes pugnarunt: & sæpe uictores exiuere insidiis tamen ad unum occisi sunt. Plinius: & Naso & Liuius libro secundo. ℂ Podium: locus erat unde principes & nobilissimi spectare solebãt: Tran. de Nerone Spectauit primum ex paruis foraminibus deinde toto podio adaperto. ℂ His licet ipsum admoneas: ipsum scilicet imperatorem Neronem: qui Suetonio teste etiam in arenam descendit: ait enim: Certamina deinceps obiit omnia. De Nerone quoque hic Probus intelligit: placet autem magis admoueas: nam etiã in tribus antiquis codicibus ita legi: si tamen admoneas tibi placuerit omnino sensus procedet si diligẽter aduertes. ℂ Cuius munere munere: idest gladiatorio ludo. De Nerone enim sic ait Tranquillus. Spectaculorum plurima: & uaria genera edidit. ℂ Esse aliquos manes: sensus est quia inferi esse non creduntur apud quos scelera puniantur: propterea & imperatores & alios uitia plurima comittere: tu tamen uera omnia de illis credere debes: quod Curius quod Fabritius: quod Camillus: quod Fabii credidere: quapropter uirtuti operam tribuerunt. Erit autem ordo. Sed quod sentit Curius & ambo Scipiadæ quod Fabritius & cætera tu uera puta: si tamen quid legeres per interrogationem: tunc sed tu uera puta superiori sententiæ iungeres. ℂ Manes: inferos dicit: nam quidam manes deos inferos tradunt. Manum auctore Nonio dicitur clarum: unde & mane post noctis tenebras diei pars prima: inde uolunt etiam deos manes appellari bonos ac prosperos: immanes uero non bonos. Varro scribit quod bonum antiqui manum dicebant. ℂ Et contum: de Charonte portitore apud inferos poeta libro sexto æne. sic ait. Ipse ratem conto subigit uelisque ministrat. Et ferruginea subuectat corpora cymba. Iam senior: sed cruda deo uiridisque senectus. Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat. Matres atque uiri defunctaque corpora uita. Magnanimum heroum: pueri innuptæque puellæ. Impositique rogis iuuenes ante ora parentum. ℂ Contum: contus sudes est siue hasta longior duriorque & acuta sine ferro ad percutiendum apta. Virgilius. Ac duris detrudere contis. Idem: Assueti longo muros defendere conto. Sude igitur Charon cymbam subigit ac impellit. Conti astæ longiores & robustæ dicuntur: ut scribit Nonius. Et stygio ranas. Strabo libro nono de Archadia inquit apud phaneum sane stygis aquæ stant: sic enim uocant lætalis aquæ stillicidium quam sacram hominum facit opinio. Poetæ quidam fabulose describunt inferorum paludem: deducitur autẽ ab στυγνος quod est tristis: seu ὀτύγεω quod odi timeo: seu ab στύγναζω quod est tristor tristitiam fero. ℂ Vadum: stygis alueum Cocyti & Acherontis: quæ sunt inferna flumina. Manlius capit. Marcell9 Luctati9 Cat. Pauli æmilii Fabii Podium Manes Manum Mane Charon Contus Styx

DOM.

ℂ Multitia: multitia & mollicinæ uestes apud Neuium sunt muliebres a mollitie dictæ: Neuius. Mollicinã coriatam: chirodatam: inde multitiæ manarunt: ut puto litteris uel mutatis uel inuersis. Nam apud Neuium lego multicinæ uestes. ℂ Non sumet damnata: hic locus est: quo Brotheum dissentientem in epigrammate Mart. interpretando facile uel docui: uel refutaui: nam morem fuisse: ut mulieres adulterii conuictæ ui-

rili toga indutæ in publicum procedere cogerentur Porphyrio quidem & Acron prodiderunt: Martialis in dicat: Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Vis dare quæ meruit munera: mitte togam: & hoc ex lo co apertissime discitur: de quo in Martialis commentariis a nobis copiosius disputatum est. ¶ Labulla: Sote Clinici medici filia: cuius Martialis meminit. ¶ Iulius ardet: hoc dicit quoniam uiri coam uestem æstate gestabant luxuriosi & molles. Plinius: Nec puduit has uestes etiam uiros leuitate usurpare ꝑpter onera æsti ua in tantum a lorica gerenda discesserunt mores: ut oneri sint etiam uestes. ¶ Critice: critici dicuntur acuti poetarum interpretes: & censores alienorum scriptorum: Horatius: Quid critici dicunt. Martialis: A equalis liber est critice: qui malus est. Cicero: Ego tanq̃ criticus antiquos indicaturus sum. Cum igitur hoc nomen de censore tantum scriptorum antiqui usurpauerint: & codices omnes cretice habeant: legamus cretice a creta: ut dicat: tu qui tanq̃ Rhadamantus alter & Minos creticus leges promulgas: pelluces: nam a creta legum latores Minos Rhadamanthus: & inde doctus Lycurgus lacedemonis fuerunt.

MER. ¶ Perores. In peroratione hoc est conclusione per amplificationem crimina exaggerari solent. ¶ Cretice: uel nomen est proprium: uel a græco manat: nam κρίτης græce iudex dicitur. ¶ Procula poliuca & labulla: meretricum nomina. Calpurnia una ex pellicibus Claudii: ut apud Tacitum. Talem non summet. d. t. Legimus apud cõmentatores Horatii adulteras conuictas adulterii togam sumere: atq; gestare i ignominiam: quod item Martialis hoc endecasyllabo tangit. Telin uiderat in toga spadonem. Damnatam numa dixit esse mœchã. ¶ Et alibi de molli & infami. Sed patris ad speculũ tonsi mfisq; togatæ filius. ¶ Sed iulius ardet. hypophora est. ¶ Nudus agas: antipophora. Minus est insania turpis: sensus minus turpe foret: si per insaniam nudus ageres q̃ hac indutus ueste: qua corpus translucet. ¶ En habitũ: indignantis uerba. ¶ Mõtanum uulgus: tribus rusticas significat: quæ trinũdinæ in urbẽ conueniebant quotiens leges promulgabãtur. ¶ Deceant multicia testem. Cõparatiuus: locus a minori ad maius: si nõ decent testem multominus iudicem decent. ¶ Pelluces: transluces: & est compositum a per & luceo r mutata in l sic & pellucidus.

VAL. ¶ Cretice. Inuehitur in Metellum creticum eum qui uicit cretenses: ut Probus ait: sed num Longinum creticum dicit: cuius ad rusticum monachum scribens beatus Hierony. meminit. Eramnius inquit incedebat ad loquendum gradu testudineo & per interualla quædam uix pauca capiebat: ut eum putares singultire non proloqui: & cum mensa posita librorum exposuit struere adducto supercilio contractisque naribus: ac fronte rugata: duobus digitulis concrepabat: hoc signo ad audiendum discipulos prouocans tunc meras nugas fundere: declamare creticum diceres esse Longinum. ¶ Perores in proculam & pollineam: adulteras. Conuicia quæ in fœminis arguat in se uel de solo cultu cognoscat. ¶ Populo mirante: cum populus hanc uestem miretur oras tamen. ¶ Est mœcha labulla. Martialis. Sote filia clinici lanulla. Deserto sequeris clytum marito. Et donas & amas & ἐχεις σαύτῶς. In quibusdam tamẽ fabella legitur. ¶ Carphinia: una de meretricantibus. ¶ Non sumet damnata: infamis. ¶ Toga multicia: si damnata erit non tamen tali utetur ueste. ¶ Nudus agas: non ut quidam interpretantur nudus ores: sed eas nudus sic Pompon. mella. Exercent bellando animos corpora ad consuetudinem laborum: maxime ad frigora nudi agunt antequã puberes sint: casum cum præpõne habens sine casu post posito: idem paulopost: lino alii uestiuntur aut lanis quas diximus siluæ ferunt arundinum: alii auium ferarumque pellibus: pars nudi agunt: pars tantum obscœna uelant. Eodem modo locutus Valerius maximus cum inquit experiri uolui an scires consul agere. Idem rursum alibi. P. rutilius non publicanus in Sicilia egit: sed operas publicanis dedit: & rursũ ut enĩ in rebus seriis Scæuola ita in scurrilibus lusibus homo agebat: & cum actio ut Hora. in libro sermonum lætum agit conuiuam: & subauditur se. Vulneribus crudis: recentibus. ¶ Ista si uideas: uestimenta ista tã turpia. ¶ Acer & indomitus: ad illud uidetur allusisse Lucani. Acer & indomitus quo spes quoque ira uocasset. ¶ Pelluces: per uestem luces: ita enim locuti sunt ueteres: ita Plau. teste Prisci. & in antiquo codice hunc locutum comperio. ¶ Dedit hanc contagio labem. Et dabit in plures: per te inquit cretice & alii corrumpẽtur: dicitur contagio: ut hic & Cice. in libro de fato: ut in reliquis eiusmodi naturæ contagio ualeret. Legitur & contagium Lucre. ex aliis alios auidi contagia morbi: & cõtages contagis: ut compago & compages: rursus Lucre. Qui fuerant autem præsto cõtagibus ibant. ¶ Dabit in plures: cadet in multos: huius neutrum plurale pluria est in antea: quoniã descendit a singulari hic & hæc pluris sicut omnis & hoc plure sicut omne: quod iñ ueterũ usu fuit: cuius compositum complures & compluria: Cice. in protagora confirmanda genera compluria. Et Plinius in quartodecimo naturalis historiæ sunt autem compluria in his maiora etiam terrestribus: nam quando comparatiuum est plura facit minus una syllaba sicut maiora minora & similia: nec me præterit quid Gellius & cum Prisciano multi dixerunt grammatici Gellio aduersati. ¶ Sicut grex totus in agris: hoc dicit peccata ex paruo in summum facinus semper exiliunt nisi ratione moderentur: sicut & plæraq; similiter obueniunt negligentia quadam humana.

MAN. ¶ Qui nondum ære lauantur: idest paruuli: ii enim in thermis non lauabantur: ubi q̃drantẽ soluebãt lotori. Horatius in satyr. tertia. Dum tu quadrante lauatũ Rex ibis. Et Iuuenalis satyra sexta. Cædere syluano porcum quadrante lauari. ¶ Curius quod sentit: quasi dicat inferos esse. De curio autẽ in principio huiuscæ satyræ ibi. Qui curios simulant: poteris & uidere plurima li. quarto Valerii Maximi i capite de cõtinentia

Nec pueri credũt: nisi qui nondũ ære lauantᵉ
Sed (tu uera puta) curius quod sentit: & ãbo
Scipiade: quod fabritius: maneſq; camilli
Q̃d cremeræ legio: & cãnis cõsũpta iuuẽtꝰ
Tot bellorꝫ aĩæ: quotiẽs hinc talis ad illos

Vmbra uenit: cuperẽt lustrari: si qua darẽt
Sulphura cũ tædis: & si foret humida laurus
Illuc heu miseri traducimur: arma qd ultra
Littora iuuernæ ꝓmouim⁹: & modo captas
Orchadas: ac minia cõtẽtos nocte britãnos

nentia. ¶ Ambo scipiadæ: Publius & Cn. Scipiones germani in hispania prœliis ingentibus Hannonem & Asdrubalem fratrem Annibalis cæciderũt raptaque erat impetu hispania nisi fortissimi uiri in ipsa uictoria oppræssi punica fraude cæcidissent: terra mariq; uictores: quod florus scribit. Horũ uero alter pater alter patruus fuit maioris aphricani. Præterea Macrob. libro primo saty. scribit non aliter dictos Scipiones nisi ꝙ Cornelius qui patrem luminibus carentem pro baculo gerebat: Scipio cognominatus nomen ex cognomine posteris dedit. ¶ Fabritius: scribit Liuius libro. xiii. ꝙ bello tarentino fabritius missus ad pyrrhum epyrotarum regem ut de redimendis captiuis ageret: frustra ut patriam desereret ab rege tentatus est. Lucius quoq; Florus ubi de tarentino bello meminit sic ait. Fabritius oblatam sibi ab rege imperii partem repudiauit: & paulo inferius de eodem fabritio inquit ꝙ decem pondo argenti circa Rufinum consularem uirum quasi luxuriam censoria grauitate dãnauit. Valer. autẽ Maximus libro quarto cap. de continentia scribit: ꝙ Fabritius licinius honorib⁹ & auctoritate omni ciue temporibus suis maior fuit: censũ par unicuiq; pauperrimo: qui a samnitibus: quos uniuersos in cliẽtelam habebat: decem æris & quinq; pondo argenti totidemq; seruos sibi missos in samnium remisit continentiæ suæ beneficio sine pecunia prædiues &c. Meminit etiam Gellius libro primo capitulo decimoquarto. ¶ Camilli: Furius Camillus faliscos dicione subdidit: ueios domuit absens dictator dictus Gallos intermit: populum romanum migrare ueios uolentem retinuit: sic & oppidum ciuibus & ciues oppido reddidit: auctor Plinius. De quo etiam Martialis libro sexto ait. Referentem signa camillum. ¶ Manes animæ. ¶ Cremeræ legio: cremera fluuius est in thuscia: apud quem trecenti fabii occubuere. Hinc Ouid. libro secundo fast. ait. Vt celeri passu cremeram tetigere rapacem Turbidus ibernis ille fluebat aquis &c. ¶ Et cannis consumpta iuuentus. Cannæ ignobilis apuliæ uicus: sed magnitudine cladis emersit: &. xl. milium cædes parta nobilitas: nam duo maximi exercitus cæsi ad hostium facietatem: donec annibal diceret parce ferro: auctor est Florus. Liuius autem libro secundo tertiæ decadis scribit ꝙ quadraginta milia peditum: duo milia septingenti equites cæsi dicuntur. In iis alter consulum Paulus scilicet: questores. L. Acilius: & Luci⁹ furius bibaculus. xxi. trib. mili. Consulares quidam præteriiq; ædilitii inter eos. Cn. Seruilius: &. C. Minuti⁹ Numatius. lxxx præterea senatores aut qui eos magistratus gessissent. Capta eo prœlio tria milia peditũ & equites trecenti dicuntur. ¶ Talis umbra: qualis est domitiani Othonis & nobilium aliorum de quibus iã dictum est: Neronis item de quo pauloãte. Plinius lib. septimo capitulo quinquagesimoseptimo ait. Quæ genitis quies unquam si in sublimi sensus animæ manet: inter inferos umbræ. ¶ Sulphura cum tædis: purgabantur olim sulphure aqua igni. Ouidius: Terq; senem flamma ter aqua ter sulphure lustrat. De quibus latius uideto sat. sexta ibi. Nisi se centum lustrauerit ouis. Laurus: scribit Plinius libro decimoquinto honorem lauris habitum in triumphis: quia suffimentum sit cædis hostium: & purgatio ut tradit Massurius. De lauro etiam libro quinto fast. Ouidius ait: Est aqua mercurii portæ uicina capenæ. Si iuuat expertis credere numen habet. Huc uenit incinctus tunica mercatot & urna. Purus suffusa quã ferat haurit aquã. Huda fit hinc laurus lauro spargũtur ab huda. Omnia quæ dominos sunt habitura nouos &c. ¶ Illuc heu miseri traducimur. Arguit imperii cupiditatem nihil prodesse ostendens multis imperare: cum omnibus ad inferos eũdũ sit: unde & Naso ait. Serius aut citius sedem properamus ad unã. Et Hora. i arte. Debemur morti nos nostraq;. Item Mortalia facta peribunt. ¶ Iuuernæ: super britanniam iuuerna est pene par spatio: sed utrinq; æqualis tractu littorum oblonga: cœli ad maturanda semina iniqui: cultores eius pietatis admodum expertes: quod mela scribit. ¶ Et modo captas Orchadas: Diuus Hieronymus de temporibus sic ait. Claudius de britannis triumphauit: & orchadas insulas romano adiecit imperio: in cuius gloriæ memoriam filiũ suum britannicum appellauit. Sunt autem orchades triginta angustis intra se ductæ spatiis. Auctor ẽ Mela. Plinius etiam libro quarto de iis scribit. ¶ Britannos: finis erat orbis ora gallici littoris nisi britannia insula nomen pene orbis alterius meretetur: octingentis & amplius milibus passuum longa porrigitur. Multæ & aliæ circum britanniam insulæ: e quibus thyle ultima in qua æstiuo solstitio sole de cancri sidere faciente transitum nox pene nulla: brumali solstitio perinde nullus dies. Auctor est solinus. Plinius etiam libro secundo ait ꝙ in britannia longissimus dies habet horas. xvii. ubi æstate lucidæ noctes. Vtq; cæsar libro quinto de bel. gal. inquit. Omnes se britanni glasto inficiunt ꝙ cæruleum efficiat colorem: atq; hoc horridiores sunt in pugna aspectu: capilloq; sunt promisso: at omni parte corporis rasa præter caput & labrum superi⁹. Vxores habent deniq; communes & maxime fratres cum fratribus & parentes cum liberis. Sed siqui sunt ex iis nati eorum habentur liberi: a quibus primum uirgo: quæq; adducta est.

¶ Paulatim accipient te. Sexaginta uersus qui sequntur ad eum usq; locum. ¶ Vicit & hoc monstrũ: quot fabulas: quot inuẽta: quot inanes cõmẽtationes & cõfictos sensus a nostris interpretibus habuerũt q dum figuratã: & subobscurã repræhẽsionẽ poetæ nõ perciperẽt: ex uno sensu: & cõtinuato spiritu: plures & uarios cõmenti sunt: horum sexaginta uersuũ: ne in alienis potius refellẽdis: ꝙ̃ in nostris exponendis uersemur una est & perpetua indignatio aduersus sacerdotes: quorum collegium Mineruæ in albano. Domitia. instituerat: ex quo forte ducti magisterio fungerentur: redderẽtq; eximias uenationes & ludos scænicos: horũ epulas: luxũ: molliciẽ scænicã: & ritũ bacchanalibus similem Iuue. nunc insectat: modoq; ait eos nihil differre a mulieribus colentibus bonã deam: aut a sacerdotibus eleusinis qui facibus discurrẽtes: & cursu ꝓpe

Camill⁹

Cannæ
Cannarũ cædes

Laurus ĩ purgatio nibus.

Iuuerna
orchades

Britãnia
Thyle

DOM.

bacchico furentes Cererem colebant:modo eorum gulam carpit:nam lautissime epulabantur:unde albanæ dapes a Martiale luxuriosissimæ dicũtur:Deniq; illud clamat & conqueritur:ꝙ quidã ex his sacerdotibus cornicini:cuius opera in scæna illa albana utebantur nupserit:hic est poetæ sensus:hic ardor:hæc indignatio. Legatur igitur hic locus totus in molliciem sacerdotum albanorum:de quibus lege Tranquillum in Domitiano. ¶ Qui sumunt redimicula domi:ostendit eos esse tanquam mulieres:quæ cũ colunt bonã deã:domum nõ templum parãt ut scribit Plutarchus in cæsare:illicq; multa peragunt bacchanalibus similia:potu:lasciuia:scurilitate. ¶ Redimicula:tæniæ sunt siue uittæ pẽdentes a posteriore parte mittræ:quod primi phryges mollissimi inuenerunt. ¶ Placant bonam deam:non ꝙ bonam deam illi sacerdotes colant:sed quod illoꝝ ritus & ludi scænici nihil pene differant a sacris bonæ deæ:quæ mulieres operantur. ¶ Abdomine porcæ:nihil omittũt de ritu bonæ deæ in cujus sacris sus prægnans mactabatur. De bona dea lege Macrobiũ:ne multas paginas hoc tibi loco recitem:& plutarchum in Cæsare. ¶ Et magno cratere:nã crater in his sacris erat uini:quod tamen legis appellabant:de quo lege Macrobium & Lactantium. Sed more sinistro:sed in hoc inquit non seruant ritum sacrorum bonæ deæ:quod cum ea sint tantum mulierum:ipsi eas excludunt satis inter se molles & effœminati:ne effigies quidem maris eo loco uisebatur:ubi bona dea coleretur:Plutarchus. Ite prophanæ clamatur:idem mos in sacris Cereris erat. Trãquillus:Eleusinis sacris:quorum imitatione impii & scelerati uoce præconis submouentur interesse ausus non est.

MER. ¶ Prurigo:morbi genus:quo porci infestantur:de qua dictione:ex sententia Cornelii celsi plura disseruimus in eo opere in quo Galeoti dicta refellimus. ¶ Vuaq; cõspecta liuorem ducit ab uua:contrahunt uuæ pallorẽ & nigritiem uisu & cõtactu aliaꝝ:uel maturescentiũ:uel putrescẽtiũ. ¶ Redimicula:uincula sunt

Abdomen capitis. ¶ Atq; bonam teneræ placant abdomine porcæ:bona dea auctore Macrobio:terram ipam esse:& faunã:& fatuã:& opẽ:Varro filiam Phauni tradidit adeo pudicam:ut extra gyneconitin nunquam sit egressa:necnomẽ eius in publicũ sit auditũ:nec uiꝝ unq̃ uiderit:uel a uiro uisa sit. ¶ Abdomine porcæ. Abdomen pars illa uentris:quæ a pube sursum uersus ad præcordia perueniat:quod antiqui sumẽ quoq; dixerũt ab exteriori parte euidenti cute:ab interiori mẽbrana leni tegitur:ut celsus & Plinius referunt:Cur aũt huic deæ sacrificarent porcam hãc cãm Macrobius dicit ꝙ bonã credidere alii esse proserpinã:porcaq; ei rẽ diuinã ideo fieri:quia segetẽ quã ceres mortalibus tribuit:porca depasta est. ¶ More sinistro:quia sacris deæ bonæ mares nõ intererãt:sed temporibus Iuuenalis mulieribus exclusis soli uiri rẽ diuinã faciebãt. ¶ Magno cratere:scribit macrobius ꝙ in templũ deæ bonæ uinũ nõ suo nomie solebat inferri:sed uas in quo uinũ inditum sit:mellarium nominetur:& uinum lac nuncupetur:ergo cratera intelligimus uas hoc mellarium.

VAL. ¶ Accipient te in suum numeꝝ. ¶ Posuere:aphæresis ꝓ apposuere. ¶ Atq; bonã:deest deã quã solæ colebant fœminæ. ¶ Placãt abdomine:pinguedine uel intestinis. ¶ Sed more sinistro cõtrario. ¶ Exagitata:exclusa est actu. ¶ Clamatur:a uiris. ¶ Nullo gemit hic tibicina conu:hæc ceteris sacra faciũnt baptæ.

MAN. ¶ Sed quæ nunc:romanos arguit:multa enim scelera committebant:quæ quidem uicti populi uitabant. Ostenditq; honestos alibi Romæ contagione corrũpi. ¶ Armenius:armeniam Cæsar Augustus uendicauit:ut Suetonius docet. ¶ Zalates:id obsidis proprium est. Datos autẽ fuisse ab armeniis obsides Clo-

Armeni dio & domitio corbuloni Tacitus scribit. ¶ Ephebis:

Ephœbos ἔφηβος puber dicitur:ἐφηβεύω pubesco:ἐφηβία.

Ephœbeo ætas est prima adolescentiæ. ¶ Commercia:conuersationes. ¶ Obses:is est cui dari solet cum honore cu-

Obses stodiendus:nec unquam ligantur obsides:auctore ẽt Seruio libro secundo æn. Et festus ait ꝙ obsides dicuntur pro obfides:idest propter fidem quia ob fidem patriæ præstandam dantur. ¶ Hic fiunt homines. Ironice loquitur. ¶ Mittentur pro omittentur & relinquẽtur. ¶ Bracæ:idest uestimenta quibus utebantur i patria:& cultelli:frena:flagellum:hoc est studia exercendorum equorum:& uiris disciplina dediscetur:reportabuntq; in patriam romanos mores ꝑditissimos:hæc sententia placet:Persius enim satyra tertia. Brachatos medos appellat:utq; Ptolomæ⁹ libro sexto edocet:Me-

Media dia ab occasu terminaẽ maiori armenia:i qua sunt artaxata:ut idẽ li. v. oñdit. Optime ergo post illud mittẽtur brachæ. Artaxata subiicit. ¶ Bracæ:sunt q bracas & braccas sunt q brachas & bracchas dicũt:scribũtq;

Bracæ eẽ uelamẽ illud siue:lineũ:siue laneũ:siue etiã scorteum ab umbilico incipiens & ad crura usq; protẽdẽs:quo nautæ in primis & gẽtes frigidioris plagæ utunẽ. Diodor⁹ autẽ libro sexto de galatis scribens ait:uestes ad terrorẽ intonsas ac coloris uarii ferũt:quas illi uocãt brachas. ¶ Sic:in urbe morãdo & studia pristina omit-

Artaxata tẽdo.i.romanos:ii enim ꝑtexta ueste utebanẽ. ¶ Artaxata:urbs est maioris armeniæ i cãpis sita iuxta Araxem teste Plinio libro sexto. ¶ Tacitus uero libro decimotertio scribit Neronis tempore corbulonem Romani exercitus iperatorẽ artaxatis ignẽ imisisse:Illaq; deleta & solo æquata esse:qa nec teneri sine ualido ꝑsidio ob magnitudinẽ mœniũ:necid romanis uiriũ erat quod firmãdo ꝑsidio & capessendo bello diuideret.

Sed quæ nunc populi fiunt uictoris ĩ urbe:
Non faciunt illi:quos uicimus:& tñ unus
Armenius zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse tribuno.
Aspice q̃d faciãt commercia:uenerat obses:
Hic fiunt hoies:nã si mora longior urbem
Indulsit pueris:non unquã deerit amator.
Mittentur bracæ:cultelli:fræna flagellum:
Sic prætextatos referunt artaxata mores.

Satyra tertia


Vamuis digressu ueteris confusus amici
Laudo tñ uacuisq; sedẽ figeẽ cumis
Destinet:atq; unum ciuem donare sibyllæ

ARGVMENTVM SATYRAE TERTIAE.

Ex urbe umbritii digreſſum tertia monſtrat.



Vamuis digreſſu:ſcripturus poeta urbis ſcelera umbritii digreſſu3 deſcribit:eumq; illa exprimentem inducit.Plinius libro decimo capitulo quarto de uulturibus ſic ait. Vmbritius haruſpex noſtro æuo peritiſſimus parere tradit oua tredecim. Tu tamen aduerte philoſophum ſcribere libro ſexto de animalibus:q Vultur nidificat in excelſiſſimis rupibus:unde fit:ut raro nidus & pulli uulturis cernantur:pariunt uultures oua bina &c. De Vmbritio item paulo inferiꝰ uideto:ibi ſcilicet ranarum uiſcera nunq̃ inſpexi. ℭ Amici:amicus eſt qui mihi uſu uitæ ſimilis pio ac fideli amore coniungitur:ſocius uero eſt qui nobis aliquo pacto ad aliquid gerendum coniungitur:ut inquit, ireth. ℭ Victorinus. ℭ Cumis:cumæ in campania ſunt:antiquitate cunctas & ſiciliæ & italiæ urbes antecellit urbs ipſa:Hippocles autem cumæus & megaſthenes calcidenſis condiderunt qua ex re cumæ nuncupātur:nonnulli cumas ob κῦματα:ideſt fluctus nomen duxiſſe memorant:littus enim proximum frequentibus abundat tergoribus:quibus illeſæ fremunt undæ:auctor eſt Strabo libro quinto. Ibidē uero Sibyllæ ſacellū erat:ut ēt ſolinus ait & Maro. ℭ Vacuis:nō plenis ciuiū uti Roma. ℭ Deſtinet:deliberet:cōſtituat.

Vmbritius — Vultur — Amicus — ſocius — Cumæ

ℭ Talia:eorundem ſacerdotum molliciē & ſcænicā illam anitationem comparat ſacerdotibus Cereris: nā Ceres olim habuit cōiuncta ſacrum Baccho:Ouidius. Ipſe ſuos ludos uuæ cōmentor habebat: Quos cu3 tædifera nunc habet ille dea:& Claudius Bacchum ex adytis Cereris egredientem introducit. Eius deæ ſacerdotes facibus diſcurrentes:quibus uſa dicebatur ad filiam indagandā:ad extremā uſq; laſſationē debacchabatur. Papinius. Tuq; actæa Ceres curſu:cui ſemper anhelo: Votiua3 taciti laſſamus lampada myſtæ:hi dicebantur Myſtæ:Daduchi:ideſt geſtantes facem:Ierophantæ ideſt ſacrorum interpretes. Strabo auctor. Idem baptæ αβαπτω:quod ſignificat tingo & lauo:nam tingere madefacere eſt:quoniam qui iniciabantur lauabantur aqua calida primum. Ariſtophanes:Primum ex ritu ueteri me lauerunt. ℭ Cocyton:Ceres dicta eſt uerbo attico. κοκκυω quod lugeo ſignificat:quamuis alterum c elidatur:ut corripiatur ſyllaba:nam Cererem raptu Proſerpinæ mœſtam:qualis apud Arcadas lugubri habitu colitur:ut ſcribit Pauſanias:lachrymis & gemitu placaſſe dicuntur. Inde reddita agris fertilitate:inſtituta ſūt illius ſacra a Cocyto. Aniam & antiquiſſimam familiæ auctorem attici Cocyam appellarunt:auctore Suida:nam & Cocyto:hoc eſt Ceres deorum ſacrarumque antiquiſſima & prima dicuntur. Ouidius: Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ:& ut ex Varrone de re ruſtica diſcitur:Initia dicuntur ſacra Cereris quoniā prima fuerunt & inde initia principia ſunt appellata hoc igitur pacto legendum eſt:nihil diſtant ſacerdotes albani uel a mulieribus colentibus bonam deam uel ab his qui coluerunt Cererē ſacris cum baccho coniunctis. ℭ Cecropiam:epitheton eſt Cereris a patria: Sed nō magis de attica hic loquitur q̃ de ea: quæ alibi coleretur eo ritu. ℭ Secreta tæda: nam taciti diſcurrebant. Papinius: Votiuam taciti laſſamus lampadæ myſtæ. ℭ Laſſare:nam ad extremam laſſationem diſcurrebant. Papinius: Curſu cui ſemper anhelo. Cocytus olim etia3 lucrinus dicebatur. Syllius: Aſt hic lucrino manſiſſe uocabula quedam Cocyti memorant. Nam ut ſcribit Homerus in odyſſea:illic Cocytus flu. & ſtyx dicebatur. Virgilius de eo:Raptam Cocytos oſtreoſa diuam:nam illic peragebant ſacra plutonia:auctor Strabo. ℭ Ille ſupercilium:de iiſdem ſacerdotibus loquiquitur. ℭ Madida fuligine:non de fuligine:ut puto loquitur:ſed medicamentum itelligit:quod ex ſanguine uel felle hirundinum & ouis formicarum & muſcis tritis fiebat ad denigranda ſupercilia:auctore Plinio: Fuliginem appellauit a colore. Hic teneo te deprænenſum Fidentinæ: ut alia omittam:quæ ſubrupuiſti nobis una cum præceptore tuo:nam cum hæc uerba traſferres in tuas nugas:non intellecta inuertiſti:& quod ego dixeram appellauit a colore fuliginem de Iuuenale intelligens:tu uentris onere impeditus non audiens fuliginem dixiſti propter colorem appellatum medicamentum a Plinio. Vbi ſcribit Plinius turpiſſime plagiariæ! Sed hoc tibi remittimus:qui tua imperitia omnia confundis:præceptori tuo non ignoſcimus: qui te nihil ſapere docuit magna familiaritate: ℭ Vitreo priapo:obſcœna in poculis placuerūt in ſacris præſertim Priapi:Plinius: In poculis libidines cælare iuuit:ac per obſcœnitates bibere.

DOM. — *Vide politianum cap. x sequ… bo babte: & cocyton*

ℭ Orgia:ſacrificia proprie liberi:quæ alternis annis fiebant:nonnunq̃ orgia:pro omni genere ſacrificii capiuntur. ℭ Cecropiā ſoliti baptæ laſſare cocyton:quale foret hoc ſacroꝝ genus adhuc ſatis liq̃do nō inuenimus. Referunt tamen cōmentatores quidā Ariſtophanis: Eupolidē nobilē comicū fabulam conſcripſiſſe quā baptas appellauit:cuius fabulæ uerſus plurimi ab antiquis grāmaticis afferunt:& in primis ab epheſtione:adeoq; alcibiadi moleſta fuit huiuſmodi fabula:ut eū in mare iuſſerit mergi. Videbat eni in ea amātes impudico amore iuuenes lacerari:qui ſimulatis ꝑſerpinæ ſacris noctu turpiſſima quæq; patrarēt. ℭ Laſſare:fatigare frequenti ſacrificio. ℭ Cocyton:hanc deā proſerpinā quidā intelligunt:a cocytho inferoꝝ fluuio dictam: ego autem contenderim a loco:ubi præcipue dea coleretur:quod innuere uidetur Virgilius i priapeia dinumerans loca in quibus uaria numina colerentur:ait enim. Raptam cocythos oſtreoſa diuam. ℭ Ille ſupercilii madida fuli. tinctū:alios carpit:qui formæ ſtudioſi calamiſtro & coloribus raritatē ſuperciliorꝫ emendarent:nam fuligine ſupercilia denigrabant:Plinius in uigeſimo octauo naturalis hyſtoriæ. Capilli defluuia urſinus adeps:mixto ladano & ianth o cōtinet:alopeciaſq; emendat:& raritatē ſuperciliorum cū fungis lucernaꝝ:ac fuligine:quæ eſt in roſtris eaꝝ. ℭ Producit:emendat:uel extēdit. ℭ Pingitq; tremētes. Attolens oculos:hoc lenocinio oculos mulieres cōmendare ſolent:quod & Ouidius in arte amandi ꝑcipit. Nec pudor ē oculos tenui ſignaſſe fauilla. Vel ꝓpe te nato lucide cidne croco. Et Pliniꝰ quotidiana tāta ē decoris affectatio ut tinganī oculi quoq;:hoc græcæ Iuliꝰ pollux ſic appellat:τονὸ οφθαλμοὺ ὑπο

MER. — Baptæ — Cocyton — Denigratio ſupercilii — Iulius pollux

γράφει τὰς ὀφρῦς μέλαινει hoc est oculos pingit:& supercilia denigrat. ℭ Vitreo bibit ille priapo. Ut libidinosius conuiuarentur cyathos ad priapi formam in conuiuiis habebant:necnon & panibus siligineis ad eandem formam uescebantur. Martialis. Si uis esse satur nostrum potes esse priapum Ipsa licet rodas inguina tutus eris. ℭ Reticulum:quod capillos continet a reti dictum: Ut Varro auctor est.

VAL. ℭ Talia secreta coluerunt orgia taeda:talia sacra in baptis sunt qualia Romae celebrantur:ipsisq; comparantur. Strabo de sacris cybellis locutus similia inquit sunt quae apud thraces celebrantur quae cotia & bendidia apud quos & orphica initio habuerant ipsa coti:itaq; in haec cecropia cocitos ab ea dicta sit ob aliquam forte similitudem dubiũ uideri potest:res uero ipsa:sicut exponit probus:habet:baptae comoedia inquit fuit in qua Eupolis inducit uiros athenienses ad mitationẽ foeminarum saltantes lassare psaltriam cociton: cocitos apud athenienses psaltria quam effoeminati colunt noctu illam adeuntes:&baptae titulus est libri quo impudici describuntur. ℭ Taeda secreta:quod noctu dionysia celebrarentur:taeda fax ἀπὸ τοῦ δαλοῦ: quae a δαίω:idest uro descẽdit. ℭ Baptae:molles quo titulo Eupolis comoediam scripsit ob quam alcibiades quẽ praecipue perstrinxerat necuit ipsum in mare praecipitando dicẽs:ut tu me in theatris madefecisti: nunc ego te in mari madefaciam. sunt qui existiment Vir. illud raptam cocitos ostreosa diuam ad hũc locũ quicq̃ pertineat:quod minime uerũ est. est siquidẽ metrum phalecinũ ubi cocitos dactilum facit:hic autem amphibracum. ℭ Ille su. diuersas exprimit hominum mollissimorũ agitationes:quae foeminarum sunt.

Ianua baiarum est & gratum littus amoeni
Secessus:ego uel ꝓchytã praepono suburae.
Nã quid tã miserũ:& tã solũ uidimus:ut non
Deterius credas horrere incendia lapsus
Tectorum assiduos:ac mille pericula saeuae
Urbis:& augusto recitantes mense poetas?
Sed cũ tota domus rhaeda componit una:
Substitit ad ueteres arc9: madidãq; capenã:
Hic ubi nocturnae numa cõstituebat amicae
Nũc sacri fontis nemus:& delubra locantur
Iudaeis:quorũ cophinus foenumq; suppellex.
Oĩs enĩ populo mercedem pendere iussa est
Arbor:& eiectis mendicat sylua camoenis.
In uallẽ aegeriae descendimus:& speluncas
Dissimiles ueris:quanto praestantius esset
Numẽ aquae uiridi si margĩe clauderet ũdas

MAN. ℭ Ianua baiarũ:contiguus baiis lucrinus adest sinus. Baiae Baias autem ab Ulixis socio baio nomine uocabulum traxisse ferunt. Erant ibi calidae aquae & ad uoluptatẽ & ad sanandos morbos accõmodissimae:quod etiam Strabo libro quinto scribit. ℭ Gratum littus:sunt enĩ amoena campaniae littora ut scribit mela. ℭ Prochytam: Prochyta ante misenum prochyta iacet insula a pithecusis quandoq; diuulsa:ut scribit Strabo libro quinto. Dicta autem prochyta a προχέω quod est effundo. Procheo Nã ut Plinius scribit libro tertio capitulo septimo ab enaria Enaria insula profusa erat. Enaria uero a statione nautum Inarimae Aeneae ab homero inarimae dicta:ut idem ait. Virgilius quoq; sic Tum sonitu prochyta alta tremit: durũq; cubile Inarimae iouis imperiis imposta Typhoeo. Dionysius autem scripsit a prochyta muliere troiana prochytã insulã dici. ℭ Suburae:in antiqs textibus & in Varrone quoq; subura ẽ nõ suburra:itaq; per unicũ r melius scribit. Subura Nam Varro inqt subura ꝙ sub muro terreo carinarum. Et postea sic subura Iunius scribit ab eo ꝙ fuerit sub antiqua urbe:qui testimonium potest eẽ ꝙ subest & loco qui terreus murus uocatur. Erat autem celeberrima regio propterea Iuuenalis illam opponit prochytae:quod quidem Martialis ostendit lib. duodecimo dicens. Dum tu forsitan inquiet9 erras Clamosa Iuuenalis in subura. Et paulo inferius ad Marcellam. Nulla nec in media certabit nata subura Nec capitolini collis alumna tibi. ℭ Ac mille pericula saeuae urbis. Idem fere Cicero quaestus est libro sexto epistolarũ fam. his uerbis. Equidem nos ꝙ Romae sumus miserrimum esse duco non solum ꝙ in omnibus malis acerbius est uidere q̃ audire:sed etiam ꝙ ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus q̃ si abessemus. ℭ Augusto recitantes mẽse poetas: eos enim recitantes audiendo tedio maximo afficiebantur. ℭ Sed quum tota:in antiquis est quũ & dũ. ℭ Rhaeda: Rhaeda dicunt aliqui rhaedam uehiculum dici ꝙ rotas habeat Fabius uero libro primo docet gallicum esse uocabulum. ℭ Una:per id gazae tenuitatem ostendit. ℭ Ad ueteres arcus:hos lateritios ab Romulo constructos dicunt:nec florentes postea Rõmani passi sunt in marmoreos commutari:ut antiquitatem & memoriam conditoris conseruarent. Capena porta ℭ Madidamq; capenam:porta capena: Appia quoq; dicta est ut frõtinus scribit:secundum uero alios a capena oppido iuxta quam portam fontes erant & aquae ductus super eã. ℭ Hic ubi nocturnae Romani po. auaritiã carpit locabant & enim nemora aliis musarum propria. ℭ Hic:pro illic. Aegeria ℭ Constituebat loquebatur. ℭ Amicae:idest aegeriae:de qua libro tertio fast. ait poeta. Aegeria est quae praebet aquas dea grata camoenis. Illa numae cõiunx consiliũq; fuit. Camoenarum lucus ℭ Sacri fontis nemus. Liuius li. i. sic ait Lucus erat quẽ mediũ ex opaco specu fons perẽni rigabat, aqua:quo quia se p saepe Numa sine arbitris uelut ad cõgressum deae inferebat:camoenis eum lucum sacrauit ꝙ dearum sibi cõcilia cũ coniuge sua Aegeria essent. Camoenarũ fõs Plutarchus uero scribit non solum Camoenis lucum & prata quae circum erant sacrata ab Numa fuisse:sed & fontem ipsum sacris uestalibus uirginibus constitutum. Scriptorum secessus Scriptores praeterea nemora appetũt. Unde Hora. libro secundo epistola. ad florum ait. scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbem. ℭ Delubra:Camoenarum:scilicet:utq; Asconius libro primo uertinarum ait. Templa sunt singulorũ diis attributorum locorum. Tẽpla Delubra Delubra uero multarum aedium sub uno tecto ab diluuio pluuiae munitarum. Alii delubra dicunt ea templa in quibus nunc delubra corporum abluendorum more dodonaei iouis aut apollinis delphici:in quibus delubris lebetes tripodesq; uisuntur. libro autem quarto georgicon ẽt aliter ex

Macrobio diximus. ¶ Iudæis: quibus edicto Domitiani urbe pulsis necesse fuit syluas icolære. ¶ Cophinus: uas ex uirgultis: græca aũt est dictio: Priscianus corbem interprætaᵗ. ¶ Suppellex: substantia facultas sarcinulæ. ¶ Cophinus fœnũq3: ex tenui & uili suppellectile inopiã declarauit iudæoꝝ de iis autẽ latius diximus satyra sexta cophino fœnoq3 relicto: itaq3 uidere nõ pigeat. ¶ Pendere: soluere: penso enim ære non numerato debitum soluebant. Vnde Festus ait pœnas pendere proprie dicitur qui ob delictũ pecuniã soluit: quia penso ære utebãtur. ¶ Eiectis camœnis: quibus sacru3 erat nemus. ¶ Mẽdicat: ab aliis necessaria quærit & captat. ¶ Sylua: idest iudæi ipsi syluam incolentees. Vnde saty. vi. ait. Quũ dedit ille locũ cophino fœnoq3 relicto Arcanam iudæa tremens mendicat in aurẽ. interpres legum solymarum &c.

¶ Scutulata: uestes scutulis distinctæ: quas galli instituerũt: ut scribit Plinius muliebres sunt. Inde Mar. hominẽ muliebriter indutũ galbanatũ uocat. ¶ Tenet speculum: hoc in effeminatos diciᵗ. Martialis in filiu3 cinædi: Et patris ad speculũ tonsi matrisq3 togatæ Filius. Specula brũdusina maxime laudabãtur. Plinius. ¶ Gestamen othonis: ab incæpta repræhensione in Othonem deflectit: ut cũ damnat polientes cutẽ suo tempore liberius in illũ inuehendo omni ex parte eos insectetur: nam Otho adeo mollis fuit: & mũditiarũ muliebrium studiosus: ut mutuo stupro Neroni sit conciliatus: auctores Tranquillus & Tacitus. DOM.

DOM. ℂ Thrasea heluidiusq; bibebant. Heluidius priscus autore Tacito ex patre qui ordinẽ primipilarẽ duxit ingeniũ illustre altiorib⁹ studiis accõmodauit secutus dogmata stoicorũ: gener a Peto thrasea pataui no delect⁹ ẽ: q ex eius moribus nihil tam sumpsit q̃ libertatis studiũ. Thrasea pereunte cõiuratione pisoniana uel stoliditate Neronis qui eum interfecit quod tristioris uultus erat: ut Tranqllus scribit: ipse in exiliũ est missus. Galba uero ad imperium euecto reuersus Heluidius Marcellũ delatorẽ thraseæ soceri accusauit: hii ergo duo Heluidius & thrasea Brutorum æmuli fuerũt intuenda libertate: hæc Cornelius Tacitus de Thrasea: frustra Cassiũ admonuisti si gliscere & uigere brutoꝝ æmulus passurus es: cũ aũt dies natalis celebrabatur: antiq coronati sutilib⁹ coronis optima hauriebãt uina: sed historia hæc iserta est a Iuuenale nõ tã ut bonũ designaret uinũ q̃ i Domitiani inuidiã: ut scri. Trãquil. Iuniũ rusticũ necari iussit qm̃ peti thraseæ & heluidii laudes ediderat: appellataq; eos sanctissimos: ꝑtera eadẽ de cã phõs oẽs ab urbe expulit & Heluidiũ Heluidii filiũ sustulit. ℂ Brutorum: antiq. s. qui reges eiecit: & alterius q interfecit Cæsarẽ uterq; libertatis studio.

MER. ℂ Thrasea petus thrasea pataui oriundus repugnãs neroni: uariis accusatus criminibus fuit: ut Tacitus scribit: ꝙ scilicet e senatu egressus esset: cum de agrippina referret: & ꝙ iuuenilium ludicro parum expectabilem operam præbuerat: & ꝙ die: quo prætor Antistius ob probra in Neronem composita damnabat mitiora censuit: præmente cosutiano capitone: quippe qui diceret: ut quondam. C. Cæsarem: &. M. Catonẽ. Ita tunc Neronẽ & thraseam auidam discordiarum ciuitatem loqui: tandem accæpto senatusconsulto: quo Eluidius gener italia tantum arcebatur: utrunq; brachium ad secandas uenas præbuit. Eluidius autem e municipio tarẽtino clauio patre: q ordinẽ primipilli duxisset: igẽiũ illustre: altiorib⁹ studiis iuuenis adm odũ dedit. Quæ

Elnidi⁹

dit. Quæstorius uir a peto trasea gener delectus est: e moribus soceri nihil æque ad libertatem hausit. Ruina soceri in exiliũ pulsus Galbæ principatu rediit. Natales merito brutorũ & cassii colebant: utpote assertorũ libertatis romanæ. ¶ Eliadum crustas: electrum signat eliades post ictum iouis telo fratrem: præ gemitu & dolore in arbores stillantes electrũ conuersæ fuerunt. Ouidi⁹. Deq; ramis electra fluunt: quæ lucidus amnis excipit: & nuribus mittit gestanda latinis. ¶ Inæquales beryllos: beryllus gemma est: quæ ab indis mittitur semperq; berylli sexangula figura artificum ingeniis poliunt̃ qm̃ hebescunt: nisi color repcussu angulosũ excitet̃. Vnde merito inæquales eos appellauit. ¶ Præclara illic lau. iaspis. iaspis uiridis gẽma interpretat̃: auctore Pli. cuius species. xvi. tradunt̃: quarũ una est stellata rutilis punctis ad quã allusisse mihi uidet̃. Virg. Cum dixit: Sellatus iaspide fulua ensis erat: ergo ex Virgiliano colore dixit. Præclara illic laudatur iaspis. Electrum Beryllus Iaspis

¶ Quale coronati: in conuiuiis: nã moris fuit antiq festis dieb⁹ & in conuiuiis caput sertis uincire. ¶ Trasea heluidiusq;: heluidi⁹ priscus regione italiæ tarracinæ municipio duuio patre q ordinem primipili duxerat: ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodũ dedit: nõ ut pleriq; ut nomie magnifico segne ocium uallaret: sed quo firmior aduersus fortuita & rẽpu. capesseret: doctores sapientiæ secutus est. qui sola bona quæ honesta putarunt: mala tantum quæ turpia: nobilitatem: cæteraq; extra aium neq; bonis malis annumerauit q̃storius adhuc a peto trasea gener delectus e moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit: cuius senator gener: amicus cunctis uitæ officiis æqualibus opum contemptor: recti peruicax: constans aduersus metus erat quibus appetentior fame uideretur: quin etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuit̃ hæc de heluidio prisco tacitus in historia: q heluidius post dãnationẽ: ut inqt Probus soceri peti traseæ inter dicta sibi italia apolloniã cõcessit: sed post interfectum neronẽ restitutus a galba nõ aliter q̃ libero ciuitatis statu egit: hic tamẽ industrius fuit: ut cũ sub nerone achaiam quæstor administraret: ciuitates quædã quas ñ adierat inclamarẽt αιη ηειν ϖρεϖοy. hic postea uespasianũ ita studio libertatis offendit: ut putaret id optante auunculo claudio pristinũ libertatis statum posse reuocari: quo nomine reus ac præter spẽ absolutus est: sed trasea a nerone in senatu de nece matris agente: cum quasi parricidã damnãs e curia se proripuisset: etiã ex urbe discessisset accusatus crimine maiestatis defendi se noluit: seccandasq; uenas pbuit: cõuersusq; ad demetrium cynicum nonne tibi libare uideor Ioui liberatori: atq; singulis amicis oscula offerens exanimat⁹ ẽ VAL.

¶ Bibebant brutorum & casij natalibus. utpote & ipsi libertatis uindices: sicut bruti duo & Cassius. Bruti. n. g iunius est dictus opera ob Lucretiæ p uim illatum stupri dedecus a Tarquinio Tarquinii regis superbi filio rex ipse regno pulsus est. in hetruriãq; cũ scelesta cõiuge & filiis fuga preiit anno regi trigesimoquinto ab urbe uero cõdita ducentesimo quadragesimoquarto: ac depulsis hoc pacto regibus sub cõsulibus ãnuo imperio regnari cœptum est: alter uero brutus cui decio nomen fuit cũ casio. Iulium cæsarem i senatu pugionibus aggressi humi affixerunt: neciq; ad postremũ dedere pristinæ libertatis amore cõmoti. ¶ Natalibus: qa quotiens brutorũ & cassii natales dies redibant sollẽnia festa celebrabãt. ¶ Ipse capaces heliadũ crustas succina dicit uasaq; ex electro q phætontis sorores electra desudent quæ heliades αϖο του ηλιου idest a sole dictæ sunt. in quibusdam est beliadum: & ita legit Prob⁹ ut ad illud alludat Virgilianum. Impleuitq; mero pateram quam belus & omnes a bello soliti. nisi sit beliadum a bello amne syriæ ubi primo cõpertũ fuisse uitrum Pli. scribit. ¶ Heliadum crustas. fœminino genere crusta ligni aut gelu aut similis rei noiat̃. Vir. in georgicis. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. neutro aũt genere edulium aliquod significat ut ipse alibi. Nos colaphum incutimus lãbẽti crustula seruo. Virg. i. vii. æene. orbẽ fatalis crusti. Hor. pueris dant crustula blandi Doctores elementa uelint ut discere prima. ¶ Et inæquales beryllos. inæqualẽ reddentes paterã: ẽ autẽ beryllos gẽma. Claudianus. Berillo paries & iaspide lubrica surgunt limina.

Virro tenet phialas tibi nõ cõmittit̃ aurum:
Vel si qñ datur custos affixus ibidem (cos
Qui nũeret gẽmas. unguesq; obseruet adun
Da ueniã: præclarã illic laudatur iaspis
Nã uirro ut multi gẽmas ad pocula trãsfert
A digitis: quas in uaginæ fronte solebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ

¶ Phialas. phiala uasa quæq; designat uini aut aquæ capacia: qbus in mẽsa utimur ut scribit pollux. ¶ Da ueniam: si custos affigit̃ ibi. ¶ Iaspis: uiret & sæpe trãslucet iapsis: plurimæ ferunt eam gentes: optima q̃ pur puræ quicq̃ habet: secũda q̃ rosæ: tertia quæ smaragdi est & stellata rutilis pũctis. Pli. li. xxxvii. c. xx. ¶ Virro ita legitur in antiquis codicibus. ¶ Ad pocula gemmas. Martialis etiã ait libro ultimo. Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum: Aspice quot digitos exuit iste calix. Pli. itẽ li. xxxiii. c. i. ait, Nec hoc fuit satis turba gemmarum potamus: & smaragdis teximus calices. ¶ Vaginæ fronte. i. capulo. ¶ Zelotypo: suspicioso: ζηλοϛ amor & emulatio dicitur. τύϖοϛ forma figura. ¶ Iuuenis: æneas: quem Dido hiarbæ regi libyæ præposuerat: ut libro. iiii. æneĩ. habetur. Vbi de ænea dixit. Stellatus iaspide fulua ensis erat. MAN. Phiala Iaspis Zelotio⁹ ζηλοσ τύϖοσ

¶ Virro tenet phialas: phiale uasa potoria ex eo genere auri fiebãt quod electrũ appellãt. i. ubi quinta argẽti portio ẽ: quod scribit Plinius ex eo calicẽ sacrauit Helena in templo Mineruæ lyndiæ. erant autem phialæ propter emblema tantæ estimationis: ut una duarum unciarum uenierit uiginti: quam phyteas fecit: in cuius emblemate erant Vlyxes & Diomedes palladium surripientes electrum: itẽ notissimũ est: quod succinũ appellam⁹ id fluit ex populis. Marti. de phyala ex electro. Vera minus flauo radiãt electra metallo. ¶ Vera electra. i. succinum quod fluit ex populis minus lucet hac phiala: inserebatur autem beryllus potissimũ qui chrystalli coloris est sed crassioris: de hoc Martialis. Et fœlix niueum pustula uincit ebur. hoc genus lapilli inseri poculis scribit Strabo in indis maxime. ¶ Inæquales berillos: nã in sexangularem polliebant̃ fi- Vatini⁹ DOM.

gurā ut repercussu angulorum color excitaretur: legatur igitur hic locus mea quidem sentētia hac structura. Virro tenet phialas appositio: capaces id est amplas crustis Eliadum: electri. i. metalli: & berillos inæquales & ita expressit: ex quibus rebus constaret phiala ex electro scilicet berillis insertis. ¶ Qui numeret gemmas: de gemmatis poculis intelligit: nam aureis calicibus gemmas inserere smaragdos præcipue excogitarunt qui scythici dicuntur. Plinius nec hoc fuit satis turba gemmarum potamus & smaragdis teximus calices. Martia. Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum. Aspice quot digitos exuit iste calix. ¶ Numeret gemmas: insertas scilicet in calice. ¶ Iarbe: hoc ex Virgilio: Stellatus iaspide fulgens ensis. sed ex ea historia omnem intelligit antiquitatem: ut suorum temporum molliciem accuset.

MER. ¶ Nam uir. ut mul. gē. ad po. transfert a digitis. Hæc pocula gemmata dicebantur. Martialis. Gemmatum

Pocula gēmata scythicis ut luceat ignibus aurū. Ah quotiens digitos exuit iste calix.

VAL. ¶ Virro tenet phialas: neronem dicit uel quemuis diuitem: fictum enim a poeta uerbum sicut ab Horatio. Pirria ut uinosa glomos furtiuæ pirria lanæ. ¶ Phialas: pocula quæ plerunq; ex auro conflabantur. Pindarus in Olympiis φιάλαν ὡς εἴ τις χειρὸς ἑλὼν ἀφνειᾶς ἔνδον καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε πάγχρυσον κορυφὰν κτεάνων συμποσίου τε χάριν. Plato quoq; in atlantico. χρυσαῖς φιάλαις ἐκ τοῦ κρατῆρος ἀρυτόμενοι κατὰ τοῦ πυρὸς σπένδοντες. idq; iuuenalis ostendit cum subiungit: tibi non committitur aurum. dicta autem phiala: quasi πιάλα ἀπὸ τοῦ πιεῖν idest a bibendo. ¶ Vngues obseruet aduncos nequid eis se agglutinet. ¶ Via ueniam: uerba custodis. ¶ Illic: in phiala. ¶ Laudetur iaspis: preciosus lapis. Iaspis inquit Plinius de græco in latinum uiridis gemma interpretatur: ias quippe uiride pinasis id quod gemma ualet: est uero uiridis sicut smaragdus sed crassi coloris. ¶ Laudatur iaspis: species pro genere. ¶ In uaginæ fronte: in ensis capulo. ¶ Zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ: æneas quem hiarbæ prætulit dido. ¶ In uaginæ fronte: solebat ponere Virgi. Iaspide fulua Ensis erat tyrioq; ardebat murice læna.

Tu beneuentani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasoꝝ quattuor: ac iam
Quassatū: & rupto poscentē sulphura uitro
Si stomachus domini feruet uinoq; ciboq;
Frigidior geticis petitur decocta pruinis.
Nō eadē uobis poni modo uina querebar
Vos aliam potis aquā: tibi pocula cursor
Getulus dabit: aut nigri manus ossea mauri
Et cui per mediam nolis occurrere noctem:
Cliuosæ ueheris dū per monumenta latinæ
Flos asia ante ipsum precio maiore paratus
Quam fuit & tulli census pugnacis & anci.
Et ne te teneam: romanorum omnia regum
Friuola: quod cū ita sit: tu getulū ganymedē
Respice cū sities: nescit tot milibus emptus
Pauperib⁹ miscere puer: sed forma: sed ætas
Digna supercilio: quādo ad te peruenit ille?
Qn̄ uocat⁹ adest calidæ: gelidæq; minister
Quippe indignatur ueteri parere clienti
Quodq; aliqd poscas: & ꝙ se stāte recūbas.
Maxima quæq; domus seruis ē plēa supbis
Ecce alius quāto porrexit murmure panem
Vix fractū: solidæ iā mucida frusta farinæ.

MAN. ¶ Beneuentani sutoris: de Nerone Corneli⁹ ait: apud beneuentum interim consedit: ubi gladiatorum munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit sutrinæ alumnus corpore detorto facetiis scurrulib⁹: primo inter contumelias assūptus dehinc optimi cuiusq; criminatione eo usq; ualuit: ut gratia pecunia ui nocēdi inter maximos emineret. Beneuētani ergo sutoris. i. uatinii: q fuerat sutor uitrearius ex bn̄uēto: a quo calices uitrei uatinii dicti sūt. ¶ Siccabis calicem: Apuleius. li. iiii. floridoꝝ scribit ita. Sapientis uiri super mensam celebre dictum est. prima inquit cratera ad sitim pertinet. secunda ad hilaritatem. tertia ad uoluptatē. quarta ad insaniam. ¶ Nasorum

Vatinii calices quattuor: fiebat enim in Vatiniis poculis nasus longior: unde Martialis ait: li. ult. uilia sutoris calices monumenta Vatini accipe: sed nasus longior ille fuit. ¶ Sulphura. ruptum uitrum sulphuratis permutabat Mar. Qui pallentia sulphura fractis pmutat uitreis. ¶ De-

Aqua decocta cocta. Neronis principis inuentū est decoquere aquā uitroq; demissam in niues refrigerare: ita uoluptas frigoris contingit sine uitiis niuis. Plinius scribit li. xxxi. ca. iii. ¶ Cursor: pincerna minister. ¶ Getulus niger. Ossea manus. i. dura & sine pulpa per quod etiam grādem ostendit Ouidius in ibim ait: insequar & uult⁹ ossea forma tuos. ¶ Cliuosæ: inæqualis. De latina uero

Monumenta Monimenta uia lat: dictum est in fine saty. primæ. ¶ Monumēta. i. sepulchra. Sūt aūt aliqui monumenta per u: aliqui monimenta per i dicētes. Mihi tamē per u potius placuerit. dicimus enim documentū a doceo nō docimētum: est ēt monumentū plenius q̄ monimētū. Demū Priscianus li. iiii. de denominatiuis tractās terminatis in en sic ait. Sin a secunda uel tertia i hn̄t correpta: ut moneo mones Monimen: rego regis regimen. Et paulo superius dixerat monui uel monit⁹ monimētū: oñdēs a prerito actiuo uel participio deriuari. Qua de re arguo a monui monumentū per u: a monitus uero

Tullius hostilius monimētū per i dicendū. Veꝝ qa documentū per u dicimus eodē pacto monumētū p u censeo proferendū. ¶ Flos asiæ: ut fuit Ganimedes. ¶ Tulli pugnacis & anci. Tullus hostilius tertius romanoꝝ rex fuit romulo ferocior: hinc Maro li. vi. ait. Cui deinde subibit ocia q rumpet patriæ residesq; mouebit tullus i arma uiros & iam desueta triumphis agmina. Quē iuxta sequit iactātior ancus: ii aūt paupes fuere. ¶ Omnia supple q̄ fuerint. ¶ Friuola: ea sūt pprie uasa fictilia quassata: uñ dicta uerba friuola quæ min⁹ sunt fide subnixa

nixa

nixa ut scribit festus. Getulum ganimedem: nigrum pincernam. ℭ Sed forma: est ei. ℭ Supercilio: grauitate: Maro conueniens latio pone supercilium. Plini. lib. xi. inquit. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia: & in iis pars animi: negamus an annuimus hæc maxime indicant. fastus superbia alibi conceptaculū sed hic sedem habet: in corde nascitur huc subit hic pendet nihil altius simul abruptiusq; inuenit in corpore ubi solitaria esset. P philosophus autē lib. i. de animalibus ait. Si supercilia in rectum porriguntur mollē sub esse animum indicant. Si iuxta nasum inflexa sunt: austerū notant & acerbum. Sed si iuxta tēpora inflectūtur derisorem dissimulatoremq; indicant. Si uero in totum demissa notam inuidiæ hn̄t. ℭ Calidæ gelidæq; minister: olim enim romani & calidam & frigidam miscebant. hinc Mar. lib. ultimo ait. frigida nō deerit calda petenti. Sed tu morosa ludere parce siti. Quintilianus præterea libro primo ubi de utilitate declinatiōis meminit oñdit Augustū in epistolis ad. C. Cæsarē scriptis emēdatius calidū dicere maluisse q̄ caldum nō quia id non latinum eēt. sed qa esset odiosum. ℭ Veteri. Vili. nouis enim clientibus ut allicerentur blanditiæ fiebant. ℭ Alius: minister. scilicet. ℭ Vix. cum labore. Supercilia Superbia Supcilia Calidum

ℭ Tu beneuentani: calices uitrei Vatini dicti sunt non tam q; unus ut puto Vatinius fuerit opifex eorum q̄ in eius æternam contumeliam: nam Vatinius temporibus Neronis cū olim uitrearius fuisset facetiis scurrilibus & bonorum ciuium criminatione ad summas opes peruenit quod ab aliis prætermissum nos ex historia Cornelii Taciti obseruauimus: & Fidentinus præceptoris calliditate instructus pro sua recitat. Sed in uento nostro inuidens per ignorantiam subdit pro opifice uasorum non memini me legisse non audis stultissime quod ait Sutrine Alumnus: quid illud est nisi quod fuerit sutor uitriarius: & furtum tuum & ignorātiam prodidisti impudentissime Plagiarie: nam tu putas alumnum tabernæ sutrinæ dici Vatinium quoniam sit educatus. Cornelius de Nerone: apud beneuentum interim consedit ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fedissima eius aule ostenta fuit Sutrini alumnus corpore detorto. Facetiis scurrilibus. primo inter contumelias assumptus: de hinc optimi cuiusq; criminatione: eo usq; ualuit: ut gratia: pecunia: ui nōcendi: inter maximos emineret. Mart. alludens ad distortū corpus uilia sutoris calices monumenta uatini Accipe: sed nasus longior ille fuit. ℭ Vitro rupto: nā uitrum ruptum sulphuratis pmutabaẜ Mart. Qui palentia sulphurata fractis permutat uitreis alibi. Quæ sulphurato nolit empta ramēto. Vatiniorum proxeneta fractorū Papinius. Quiq; cōminutis permutat uitreis gregale sulphur. ℭ Decocta refrigerare docuit Nero. qui allata sibi palustri aqua ingemiscens: quod proprio careret inuento. hæc est inquit decocta Neronis. niuibus autem percolata & attenuata gratior erat. Plini⁹: decoquūt alias quas, mox & illas hyemant. plura in Martialem diximus. ℭ Cliuosæ latinæ: nā in latina sepeliebantur mortui: quorum hūc umbrā eē timeres. ℭ Gelidæ calidæq; minister. huic ministro negotiū erat misceṙ calidā & gelidā urceis: quos ministratorios appellabāt: de qb⁹ Mar. Frigida ñ deerit calda petēti: S; tu morosa luderẜ parce siti. DOM.

ℭ Tu beneuentani sutoris nomen habentē Siccabis calicem nasorum quattuor. Beneuentanum sutorem uatinium intellige: de quo hæc Tacitus. Beneuenti Nero consedit: ubi gladiatorium munus Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima nerōis aulæ ostenta fuit sutrinæ tabernæ alumnus corpore detorto facetiis scurrilibus. De Vatinii calicibus Marti. Vilia sutoris calices monumenta Vatini Accipe: sed nasus grandior ille fuit. ergo pro nasi magnitudine calices Vatinii patebant. ℭ Rupto po. sulphu. uitro. hoc ē sulphuratis permutandus erat calix hic confractus. Nam uitrea uasa confracta: aut permutabantur: aut minimo emebanẜ: quam rem significat Martia. his uersibus. Qui pallentia sulphurata fractis permutat uitreis. Et alibi uatiniorum prosoneta fractorum. Statius in siluis. Quique comminutis permutat uitreis gregale sulphur ℭ Decocta pruinis. neronis principis inuentū fuisse scribit Pli. Decoquere aquā: ultroq; demissā in niuē refrigerare. Seneca. Sitio utrum hoc aqua sit. quam de lacu proximo excepero: an ea quā multa niue clusero: ut rigore refrigereẜ alieno: ad naturā nihil pertinet: hoc idem Mart. hoc disticho notat. Non potare niuem: sed aquā potare rigentē. De niue commenta est ingeniosa sitis. Legimus tamē ap đ comicos & tragicos priscos græcos olim aquam calidam bibisse: quā rem etiam Plato in prima politiarū signat. ℭ Calidæ gelidæq; minister: ueteres Ro. aquam calidam & frigidam simul miscebant: habebantq; urceolos ministratorum ad hmōi officium præparatos. Martialis. Frigida non desit non deerit calda petenti Sed tu morosa ludere parce siti. Illud addimus. Quintiliano auctore augustū cæsarem primum caldā dixisse pro calidā. MER. Vatinii calices Mutatio uatiniorū Decocta Aqua calida & frigida August⁹ Calda p calida

ℭ Tu beneuentani sutoris nomen habentem. siccabis calicem nasorum quattuor. uatinius dictus ē sutor quidam beneuentanus ingenti naso. uñ calices uatiniani dicebantur qui erant deformes. Martia. Vilia sutoris calicē monumēta uatini Accipe: sed nasus longior ille fuit. ℭ Et rupto poscentē sulphura uitro. Probus exponit quia ut solent uitrū solydare. i. maltare. Pli. uitrū inquit sulphuri incoctū feruminaẜ in lapidem quidā existimāt de permutatione intelligi testimonio innixi. Martia. pallētia sulphurata fractis permutat uitreis. & statii. quiq; cōminutis: pmutat uitreis gregale sulphur. ℭ Frigidior geticis petitur decocta pruinis an niuatā aquā dicit uel q̄cunq; & cōcoctā: post uero frigidatā. ℭ Nō eadē uobis poni mō uina quærebat: ordo ē quærebat mō uobis poni uina non eadem subaudi quæ domino: nunc autem quæror uos non eandem aquam potare. ℭ Tibi po. cursor getulus dabit qui e gætulia aphricæ regione romam uenit. ℭ Man⁹ ossea: aggrestis dura. ut os esse existimes: aut certe ossea: quam tu putes extincti esse hominis. cui⁹ præter os omnia contabuerint & quoniam umbraꝝ imago nigra ꝑhibetur osseam manū mauri dixit. sic Ouidius in bim. Insequar & uultus ossea forma tuos. ℭ Cliuosæ ueheris dum per monumenta latinæ: quia ibi plurima unt monumenta. ℭ Flos asiæ: de asia uenustus puer. ℭ Ante ipsum: subaudiendum est dominū & deest stat. Quam fuit & tulli pugnacis & anci. qui romanorum reges pauperes fuisse dicuntur: sed pugnaces: utrū tulli: qui ad bella fuit promptissimus: & Romulo animosior albam subegit. an anci pugnacis q; martius ap VAL.

pellatus sit uir & pace & bello clarissimus. ¶ Et ne teneam te romanorum omnia regum friuola. Tarquinium superbum dicit regum romanorum ultimum flagitiis suis ex urbe in exilium pulsum a bruto potissimũ: & Valerio publicola cui cõiunctus erat. ¶ Oia regum friuola. παρὰ προσδοκίαν dictũ cũ cæteros laudauerit. ¶ Friuola: ut festus inquit: sunt uasa fictilia quassata: unde dicta uerba friuola: quæ minus sunt fidei subnixa: eadem ratione: quæ sunt non recte gesta friuola dici possunt. ¶ Tu getu: ganymedem respice cuȝ sities: aphrum elegantis formæ puerum: qualis ganymedes fuit regis troos & caliroes filius: quem aquilæ ministerio in cœlum rapuisse iouem & sibi pincernam delegisse Homerum secuti plærique scripserunt. mercentẽ aũt troia pr̃e: Iuppiter equis imortalibus sũmæq; celeritatis donauit placuitq; Homeri testimõio in eo hymno quem de Veneris laudibus scripsit. ¶ Getulum ganymedem: ganymedem idest impuberem puerũ gætulum e getulia: utpote qui sole sit exustus. ¶ Pauperibus miscere puer: miscere potum exhibere ita ueteres locuti sunt: uñ illud qui raptus ab alite sacra. Miscet amatori pocula grata suo: & hic loquẽdi mod⁹ e græcis effluxit: apud quos κίρναν dicitur Homerus λευκαὶ ὀτε περὶ γερουσίου αἴθοπα οἶνον ἀργείων οἱ ἄριστοι ἐνὶ κρητῆρσι κέρωνται. ¶ Calidæ gelidæq; ministret: ut portantes calidã ministros: & subaudiẽ aquæ. Quintiliani hæc sunt ad uerbum in primo institutionũ oratoriarum. August⁹ quoq; in epistolis ad cæsarem scriptis emendatius calidũ dicere: quã caldum mauult: non quia id non sit latinũ: sed quia sit odiosum: & ut ipse græco uerbo significauit περίεργον atq; hanc quidam ὀρθοέπειαν solam putant quã ego minime excludo. ego ut proprietatẽ ingrendã ita inter hæc differentiã esse hanc semper arbitrat⁹ sum: ut sit calidum spõte nullo extrinsecus calorem suggerente: ut ignis ut spũs noster qui corpus animat. caldũ uero aliunde quomodo locutus pedianus est corpus nudum caldatum sicut in lecto erat positum ut uulnera uideri possent: in forum detulit: nec me præterit hæc confundi solere ab auctoribus. ¶ Quodq; aliqd poscas indignatur. ¶ Vix fra. frãgibilem tam solidus est. ¶ Frusta mu. mucoris lanuginem habentia. ¶ Solidæ farinæ: ex qua nondum excussi sunt furfures: aut periphrasticos panem significat.

Quæ genuinũ agitent nõ admittẽtia morsũ
Sed tener. & niueus; molliq; siligie factus
Seruatur domino; dextrã cohibere memẽto
Salua sit artocopi reuerentia; finge tamen te
Improbulũ; supest illic qui ponere cogat
Vix tu consuetis audax conuiua

MAN. Genuinus Siligo Artocopus ἀρτος κοπος

¶ Genuinum: Genuinus dens est a genis dependens ut scribit festus. ¶ Siligine: Siligo nunquã maturescit pariter nec ulla segetum minus dilationem patitur ꝓpter teneritatem: semper rectam habet spicam: nec rorem continet qui rubiginem faciat: Ex aphrica dulcissimus panis: ipsa spissior q̃ far & maior: spica eadeȝ & ponderosior far sine arista ẽ: itẽ Siligo Pli. li. xviii. ca. x. ¶ Molli siligine: mollẽ appellat propter eius teneritatem de qua iam diximus. ¶ Artocopi. Artocopi i antiquissimis codicibus legi non aliter. Dices igit̃ Artocopi. i. panis cum labore facti: ἄρτος enim panis dicitur κόπος labor: Nec ꝓ aliquo accipit̃ hic nisi ꝓ ipso pane: qm̃ obsequit̃ superest illic q ponere cogat. Licet cõfector panis græce dicat̃ ἀρτοκόπος & ἀρτοποιός: Supius ẽt dixerat: Sed tener & niue⁹ molliq; siligie factus seruat̃ dño. ¶ Salua reuerẽtia: ea qdẽ tum salua erit: quũ panis ille nisi a domino tractus fuerit. ¶ Improbulum. importunum dictus autem improbus ꝙ etiam instet prohibenti. ¶ Vix tu consuetis. Vix supple dignus es dispensator inquit. ¶ Canistris consuetis. i. consueto pane.

DOM. ¶ Siligine. Plinius ex Siligine laudatissimus panis pistrinarũ quoq; opera laudatissima ꝓcellit in italia: si cã pana piscis nate misceat̃. ¶ Artocopi: artocopus ab ἄρτος dicunt̃ quod significat panẽ & κόπος laborem inde omnes artocopũ ꝓ pistore acceperũt: ego uero pro genere panis intelligo: nã cum plini⁹ ostrearios artolaganos: spensicos: furnaceos: portichos, multosq; præterea nominasset: Addit multa esse præterea coruȝ nomina. hæc snia mihi probat̃: ut Iuue. s. derideat. & delitias & excogitatas panis appellatiões.

MER. Genuinus Siligine us Siligo artocop⁹ Strepticius panis artolaganus panis artoptitius panis artopta Furnaci⁹ panis

¶ Genuinum agitent. genuin⁹ dens ẽ in extrema nascẽs gingiua: post decimũ nonũ annũ: quẽ græci σωφρονιστῆρα appellãt. ¶ Molliq; siligine fact⁹: hũc panẽ ꝓcipue cõmẽdat Sene. i epi. hic uerbis. Malũ panẽ inquis expecta bonus fiet. ẽt illũ teneꝝ tibi & siligineũ fames reddet: quẽ itẽ panẽ: Plinius & ipse laudat. De siligine hæc scribẽs. Siligo uero nunq̃ maturescit pariter: nec ulla segetum minus dilationẽ patit̃. ꝓpter teneritatẽ iis quæ maturuere granũ dimittentibus: sed minus quã cætera frumẽta in stipula piclitat̃ qm̃ semp habet rectã spicã: nec rorem cõtinet q rubiginẽ faciat. ¶ Artocopi reuerẽtia: cõfectores panis ἀρτοποιοί græce dicunt̃. Quos plato in gorgia artocopos appellauit: sed ab artocopo: nequaq̃ is dictus ẽ panis: quem Plinius artoptitiũ uocet: ad quod confirmandũ ipsius scriptoris subiecta uerba explanabimus. Genera panis uaria persequi superuacuũ uidet̃: alia sub obsoniis appellata: ut ostrearii: alia a deliciis. ut Artolagani: alia a festinatione: ut Strepititii. Nec nõ a coquẽdi ratione: ut furnatii uel artoptitii: ut in clibanis cocti: quæ de his panis generibus apud græcos scriptores legerim dicenda sunt. Streptitius panis modico conspergit̃ lacte: adiiciunt alii piper & olei parũ: quod si oleũ non habuerint adipẽ imponũt. In cũ uero panẽ: quẽ artolaganũ uocãt: parũ uini cũ pipere & adipe: uel oleo modico imittit̃. Artolagani panis meminit Cice. in epist. ad. L. Petum. Dediscẽdæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui: artoptitius uero panis ex fermẽto duriore cõficit̃: torret̃q; in artopta: uñ & nomẽ: ẽ. n. artopta: ut iulius pollux scribit. instrumẽtum artocopi. in quo panes torrebant̃: id quod ex interpretatione dictiõis cognosci potest. Nã ἄρτος panis: ὀπτῶ uero torreo uel asso dicit̃: nec nos moueat ꝙ Plautus in aulularia coquũ inducat utendã artoptã a uicino petẽteȝ: qm̃ Atrei Capitonis snia tostũ panẽ coquos lautioribus cõqre solitos certũ sit: ergo a coquẽdi ratione artoptitius panis dicitur: similiter & furnacius & clibanici⁹: q molliore fermento gaudẽt. Nã in furnis coctus panis furnacius appellatur

ci⁹ appellaẽ. In clibanis uero clibanitius hæc ex latinis & græcis scriptoribus sumpta annotauimus.
❡ Quæ genuinum agitent. dentẽ interiorem sic dictũ ꝙ cum hoie genereẽ & cum ipso intereat. ❡ Molliꝗ VAL.
siligine factus Plinius naturalis historiæ libro. xviii. siligine inqt lautissim⁹ panis pistrinatũꝗ opera laudatissima pcellit in italia: & quæ sequunẽ. nasciẽ autẽ siligo nõ fit ut quidã arbitrati sunt ut non multo post. Idem siligo inquit nunq̃ maturescit pariter: nec ulla segetum minus dilationem patitur pp teneritatẽ: hisꝗ q̃ maturuere ptinus granũ dimittẽtibus: sed min⁹ q̃ cætera fruméta in stipula periclitantur: qm̃ sem p rectã hẽt spicã nec rorẽ cõtinet qui rubiginẽ faciat. ❡ Salua sit: artoptæ reuerẽtia: artoptæ pistoris: uel uasis quo panis coquitur: ut Probus inqt & artoptæ in codicibus emendatissimis non artocopi scribitur: sicut a multis legitur ut sit artopta ab artos. i. panis deriuatũ uerbũ. Plautus in aulularia. Ego hic artoptã ex proximo utendã peto qui tñ uersus an Plauti sit Pli. subdubitare uisus ẽ. ubi inqt artoptã Plau. appellat in fabula quã aululariã inscripsit magna ob id cõcertatõe eruditoꝝ an uersus poetæ sit illi⁹. ❡ Supest il. qui pest. ❡ Vix tu. sed i aliis cõperio scriptũ uis: ut secũda sit psona a uolo uerbo anormalo. ❡ Vix tu cõsue. uerba sũt increpãtis serui.

Impleri: panisꝗ tui nouisse colorem:
Scilicet hoc fuerat pter quod sæpe relicta
Cõiuge per mõtẽ aduersũ gelidasꝗ cucurri
Exquilias: fremeret sæua cũ grãdine uernus
Iuppiter & multo stillaret penula nimbo
Aspice q̃ longo distinguat pectore lancem
Quæ fertur dño squilla & qb⁹ undiꝗ sæpta
Asparagis: qua despiciat conuiuia cauda
Dũ uenit excelsis manibus sublata ministri
Sed tibi dimidio cõstrictus gãmarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella:
Ipse uenafrano piscem perfundit: at hic qui
Pallidus affertur misero tibi caulis olebit

❡ Scilicet hoc fuerat. Cliẽtis & parasiti risus. ❡ Hoc ut male cœnarẽ: ut opprobria r̃ciperẽ. ❡ Exqlias. De exqliis uideto satyra tertia exqlias dictũꝗ petũt ab uimine collẽ. ❡ Fremeret: strideret. Vernus Iuppiter: aquosus uentosusꝗ aer: Iuppiter. n. ut Var. scri. aer diciẽ & cælũ. ❡ Aspice q̃ lõgo: poetæ uerba diuitũ gulæ luxum Clientũꝗ miseriã ostendentis. ❡ Distendat: ipleat. ❡ Sqlla. de hoc pisce multa pħus li. iiii. de aialib⁹ scri. Meminit itẽ Pli. li. ix. c. xli. ubi ẽt squilla nõ scylla legiẽ Et Cice. in li. de. n. d. sic ait. Pina uero sic. n. græce dicitur duabus grãdibus patula conchis cũ parua squilla q̃si societatẽ coit cõparãdi cibi. Et Hor. saty. viii. li. ii. affertur squillas inter murena natãtes in patina porrecta Pli. itẽ li. ii. epistola ad Gallã sic ait: Mare nõ sane ptiosis piscibus abundat soleas tamẽ & squillas optias egerit. At Mar. lib. xiii. sic: Cæruleus nos lyris amat: queꝫ sylua maricæ protegit: hinc Scyllæ maxima turba sumus. ❡ Asparagis: Asparagi cumino addito inflationes stomachi colliꝗ discutiũt. Ventrẽ leniter molliũt pectoris & spinæ doloribus intestinoꝝꝗ uitiis prosunt uenerẽ stimulãt urinã cient utilissime præterq̃ ꝙ uesicã exulcerãt hæc & plura Pli. ❡ Feralis cœna. exitialis: cãmari siquidẽ stomacho nocent & capitis dolorem inducunt: sunt enim difficilis digestionis. Si negas expire. ❡ Ouo: cammari enim mixtis ouis friguntur etiam hodie. ❡ Venafrano: laudes habet olei totus maxime uenafranus ager planis finitimus aruis: ut scribit Strabo lib. v. de campania loquens.

MAN. — Squilla — Scylla — Asparagi — cyal — Venafri oleum

❡ Penula: uestis erat sup tunicã: ea scortea fiebat. i. ex pellibus aduersus imbres. Mart. Ad subitas nunq̃ scortea desit aquas. Varro. nõ quærẽda est homini penula q hẽt uirtutẽ imbri oppositã eadẽ ex lana appula texebatur: ut scribit Plinius: fiebat itẽ penula gausapina: quæ hyeme sumebaẽ uillosa & cãdida. ❡ Squilla: inter pisces testatos numeratur: estꝗ ex genere locustaꝝ quod Plinius ostendit. Cicero squillã paruã dixit ad hui⁹ differentiã: quã magnã designat Iuuenalis. ❡ Cauda: nã in Squilla & locusta cauda potissimũ expetitur: fuisse aũt lautæ gulæ uel suidas indicat: qui scribit Aperitiũ eo potissimũ cibi genere bona cõsumpsisse: & ei⁹ auiditate in lybiã nauigasse: græci καραβιδας squillas. Plinius interptatur ex Aristotele meã dictionẽ accipiens: nam ubi Aristoteles scribit genera piscium crusta operta: ut locustæ & carides more quadrupedum retro mingentiũ coeunt. Plinius ita ait: reliqua molliũ ut canes coeunt. itẽ Locustæ & squillæ. ❡ Asparagis scilicet altilib⁹: nã duplex ẽ: ut Pli. scri. siluestris. s. qui spõte nasciẽ & altilis: q cultu exercescit: plinius siluestres fecerat: Vt quisꝗ demeteret passi: Ecce altiles spectanẽ asparagi: paulo post: Heu prodiga gulæ. ❡ Gammarus: inter locustas uilis saporis ppea opponiẽ Sqllæ eiusdẽ gñis: ad helespõtũ & circa taxũ magna copia puenit: ut scri. Aristo. Mar. Cõcolor i nr̃a gãmare lãce rubes. ❡ Dimidio. o. Nã dimidiatis ouis & salsamẽta & qdã pisces cõdiebãt i cena paupis. Mar. diuisis cibũ latebis ouis: alibi. Secta coronabũt rutatos oua lacertos ❡ Quæ ferẽ domino squilla. piscis est squilla: quã pinnæ adhærere Cicero & Pli. scribunt. & Mar. distichon hoc de squillis scri. Cæruleus nos lyris amat quẽ sylua maricæ Protegit: hinc sqlle maxima turba sum⁹. Sqllæ & Gammari qui colorẽ atꝗ speciẽ scire desiderat. is legat. iiii. librũ Aristotelis de animalib⁹. ❡ Dimidio ponatur gammarus ouo: gammarus uilissimus habebaẽ. Marti. Immodici tibi flaua tegũt chrysendeta muli. Concolor in nostra gammare lance rubes. Columella quoꝗ gammaꝝ in piscinas ad maiores pisces alendos obiici iubet. græca ẽ dictio. καμμοροίκα ρίδον σινού κάινωο ρομαιων ούτωσ καούνται: hoc est gammari locustaꝝ genus: sic a Romanis appellaẽ. præterea Plinius aconiti radicẽ gammaro marino similem dicit esse. ❡ Feralis cœna: quæ sacris feralibus diis manibus offerri solebat: de qua in fastis. Tegula porrectis satis est uellata coronis: & sparsæ fruges paruaꝗ mica solis. Inque mero mollita ceres: uiolæꝗ solutæ. Hæc habeat media tecta relicta uia. ❡ Feralia sacra diis manibus erant a ferendis epulis. uel a feriẽdis pecudibus appellata. ❡ Venafrano piscẽ perfundit oliuo. Oleum uenafri natum precio in magno fuit. Mar. Hoc tibi campani sudauit baccha uenafri Vnguentum: quotiens sumis & istud olet. ❡ Pallidus. pallescens.

DOM. — MER. — Squilla — Gãmar⁹ — Feralis. cœna

tes caules fastidium mouebãt:sed nitrum incoquebatur: ut uiriditatem custodiant id quod præcipitur hoc disticho. Ne tibi pallentes moueãt fastidia caules. Nitrata uiridis brassica fiet aqua.

VAL. ¶ Panis.tui.no.co.subaudiendum debes.ut cũ indignatiõe legat:cui respõdet cliens.s.hoc fuerat & q̃ sequunt. ¶ Geli.cu.exqlias locũ romæ:uñ exqlina tribus:sicut suburbana.pallatina.collina.pli.teste. ¶ ire me.tonitrib⁹ cõsonaret:& uẽtorꝫ cõflictib⁹ oia mi ceret. ¶ Ver.iup.aer uernus: unde & sub dio dicimus:cũ Δια iouẽ uocẽt græci quẽ oia eẽ uoluerũt:ut Vale.soranus. Iup.omnipotẽs regum rexq; deumq; ꝓgenitor genitrixq; deũ deus unus & omnes:ꝙ mundus sit iupppiter in mũdo sint omnia:ut Varro exponit. Orpheus quoq; tradit & Aristoteles in libello quẽ de mũdo inscripsit: quẽ Apuleius pœne in latinũ uertit: sit mior bus oñdit argumẽtis. ¶ Multo stil.pœnu.ni.pœnula inquit Nonius Marcel.est uestis quã sup tunicã accipimus. Pomponius in paniceatis pœnulã in caput indue ne te noscat hæc ad arcẽdas a corpore pluuias fere sumit. Vnde Hora.facit quod pœnula solsticio cãpestre niualibus auris p brumã tyberis. ¶ Quã lon. pe.q̃ rũ impleat lancẽ aut a pectore longe porrecta. ¶ Quæ fer.do.scil.q̃ græce apios dici a nõnullis creditur. Est aũt stirpis species:ut aristo.lib.i.de uegetãtibus & stirpibus:& quædam inquit habẽt unã tm̃ radicem ut scylla quia illa nascitur ex solo raro proceditq; inferne dilatando se quãtoq; magis creuerit soliq; accesserit tanto magis augebitur:quia sol surculos elicit:ita etiã apud Nicandrum inuenias in theriacis sunt:qui pisciẽ hoc nomine accipiant:ut apud Hora.tostis marcentẽ scyllis recreabis & afra potorẽ cochlea:& alibi. Afferẽ scyllas inter muræna natãtes:in patina porrectas. ¶ Vndi.sæ.aspa.a loci asperitate ubi nascitur.ut Varro inquit asparagus dictus. ¶ Despiciat:quia fertur sublimis. ¶ Sed ti.dimi.cõstri.gã.ouo.ponitur gãmarus aquaticũ aial cancri simile cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porrigunẽ coctum rubens unde Mart. Cõcolor in nostra gãmare lance rubes. ¶ Cõstri.ouo.singularẽ pro plurali ꝙ multa oua contineat sub cauda:nisi quod sunt quidã qui,ouo incoqui piscẽ credant eumq; gãmarũ appellari. ¶ Fera.cœna aut modica:aut lugentibus digna.ferale enim exitiale significat:Lucanus.ferale per urbẽ lusticiũ latuit plæbeio tectus amictu. apuleius.rogũ demolirenẽ cænã feralẽ a tumulo ad mẽsam referrẽt.hic feralia. Oui.in fastis. Hãc q̃a iusta ferunt dixere feralia lucẽ. Vltima placãdis manibus ista dies. ¶ Ipse uena.oleo multum a loco probato. Hora. Præssa uenafrano ꝙ baccha remittit oliuo.& Marti. Hoc tibi cãpani sudauit baccha uenafri. Vnguentũ quotiens sumis & istud olet. ¶ Ole.later.frequẽtius per accusatiuũ: ut Terẽtius. olent unguenta de meo:loqmur q̃ per ablatiuũ:ut Oui.perq; locos sacros & olentia sulphure ferẽ. quod ab Ouidio uitiose dictũ Diomedes putat:sed inuenimus præter ouidiũ & alios ita locutos:ut Proper. Cur nardo flãmæ nõ oluere meæ:illud uero Virgilii.redolentq; thymo fragrantia mella:iungendũ nõ putat diomedes ut sit redolent thymo:sed fragrantia thymo redolent:fragrare siquidem cum ablatiuo iungimus casu.

> Laternã:illud. n.uestris datur alueolis. qđ
> Cãna micipsarum prora subuexit acuta:
> Propter qđ romæ cũ boccare nemo lauatur
> Quod tutos ẽt facit a serpentibus atris
> Mullus erit dño:quẽ misit corsica: uel quẽ
> Taurominitanæ rupes:qñ omne pactum est
> Et iam deficit nostrum mare: dũ gula sæuit
> Retibus assiduis penitus scrutante macello
> Proxia: nec patitur tyrrenũ crescere piscem
> Instruit ergo focum prouincia; sumit illinc
> Quod captator emat lænas: aurelia uendat

MAN. ¶ Olebit laternã.i.oleũ illud i caulibus ad te latis immissum laternæ odorẽ habebit: quæ pessime olet ibi extincta potissimum candela. ¶ A lucolis:uentriculis

Mycipsa Cãnæ in dicæ ¶ Cãna mycipsarum.i.numidarꝫ:Mycipsa.n. Masinissæ filius ibi regũ solus obtinuit Manastabale & Gulussa fratribus morbo assumptis:auctor est Sal.in iug. Præterea scribit Mela de india loquens ꝙ Arundinuꝫ fissa i ernodia nauitas binos & quædã ternos ẽt uehũt: Qui uero scribunt Strabonẽ referre in aphrica ad cubitos quinos longas crassitudine ãt digiti minoris cãnas nasci Secus est Stra.enim li.xvii.ubi de lybia & regno Mycipsæ loqtur sic ait. Nõnulli terrã biferã hẽnt & duas messes faciunt. Culmus est quinũ cubitorum longitudine crassitudine uero parui digiti: hæc ille de culmo itaq; spicæ dixit:nõ ãt de cãna aliqua ergo &c. ¶ Cãna micipsarꝫ.posuit cãnam hoc loco ꝓ naui allusit.n.ad cãnas indicas nõ ꝙ in aphrica cãnæ sint tantæ ut ex eis nauiculã fiãt uti ex indicis. Nec etiã intelligendũ est de oleo aphro utputo qm̃ ut scribit Plinius.lib. xv.c.ii. Aphrica oleo carebat. Ait enim sic de oleo loquẽs Vicina bonitas prouinciis. Excæpto aphricæ frugifero solo: Cæteris totũ id natura cõcessit oleũ ac uinũ huic inuidit tm̃.satisq; gloriæ in messibus fecit. Posses attamen ex iis uerbis intelligere aut ꝙ aphrica oleo careret penitus aut ꝙ bono oleo careret. Itaq; hoc pacto aphrũ oleũ pessimũ intelligeremus: Aliter uero oleũ sisaminũ ꝙ in ægypto sit cibis fœdũ. Lucernis exile ut scri.Pli.xv.c.vii.de oleo ficticio. ¶ Cũ bacchare.i.cũ numida aliquo uel mauro ægyptioue:nã eorum

Corsica Cyrnos regem pro quocũq; posuit. Vtebanẽ aũt in balneis fœtido oleo de quo iam dictũ est. ¶ Corsica in ligustico mari ẽ corsica:quã græci Cyrnon appellauere:sed tusco propior a septentrione in meridiẽ proiecta: qđ Pli. scrib.li.iii.plura tamen meminit Diodorus li.vi. ¶ Mulus:de mulis late diximꝰ supra. ¶ Taurominitanæ

Taurominiũ rupes: Tauromniniũ oppidũ apud Messanam in sicilia ut scri. Strabo libro sexto.olim naxũ uocarũt auctore Solino. ¶ Macello pro piscatore posuit: Cum locus sit ubi obsonia uendunẽ. ¶ Instruit.parat. ¶ Focum.

Prouicia ardentem gulam. ¶ Prouincia:extra italiam prouinciæ dicuntur: quia populus romanus eas prouicit auctore festo:quod iterum supra ostendimus. ¶ Aurelia.diues & orba.

DOM. ¶ Canna micipsarum:idest numidarum:nam post siphacem Masinissa illic regnauit.tuꝫ Micipsa qui Cyrtham urbem amplissimam reddidit:ut scribit Strabo. ¶ Canna:nam india si melæ & Plinio auctoribus credimus

dimus. Cannæ fuiit arboreæ magnitudinis: quarum internodia lembi & naviculæ uicem præstant: Sissami num ut puto oleum designat: quod ut scribit Plinius cybis fœdum: & lucernis exile est. meminit Stra. i usu ægypti: indiæ aphricæ illud erat. ℭ Cum bocchore. Bocchoris rex ægypti fuit & numidæ ut scribunt Diodorus & Solinus: & Tacitus ægyptium regem fuisse ondit: sed hic pro omnibus numidis: & mauris ponit: qui scilicet more patrio sissamino oleo fœtido in balneis utebantur. Liuius Bocchar ea tempestate rex maurorum erat hi uersus ut dixi nihil reprahensionis continent: sed tantum Sissaminum oleum designant: qd dabatur clientibus. ℭ Quem misit corsica: nam pisces quibusdam in locis palmam obtinent: ut Coratinus in ægypto: faber gadibus: helops rhodi: salmo in aquitania: mulus ad corsicā insulam: quæ in ligustico mari est: a græcis Cyrnus dicta: longa sex milibus passuum: distans a uadis uolateranis sexaginta. incolas habet feros: truculenta effigie: unde seruorum gregem ducebant olim romani paruo precio: hæc ex Plinio & Strabone. ℭ Taurominium: colonia in sicilia ad promontorium drepanum anteanaxos dicebatur. Plini⁹ acutissimis rupibus: ut refert Appianus hinc addit Iuuenalis rupes. ℭ Macello: foro piscario cuius rationeꝫ quære a Varrone. Hortensius quidem & Lucius philippus piscinarum studio tenebantur: ut est apud Varronem. Plinium Macrobium: sed hic gulam non uillarum: aut piscinarum luxum carpit. ℭ Prouincia: mare prouinciæ externæ ut siciliæ & aphricæ & britanniæ. ℭ Lenas: temporibus Cæsaris: Lenas item Neronis & claudii temporibus damnatus est auctore Tacito ꝙ prouinciam sardiniam cui præfuerat spoliasset: hic ꝑ auaro captatore ponitur: ut aurelia pro orba: uidua: diuite: cui multa mitterentur munera: utrunque nomē est temporum Iuuenalis: ut Gallita & pactius.

ℭ Canna micipsarum prora subuexit acuta: cannam hic pro nauicula ponit. Nam Mella & Plinio auctoribus. Cannæ uicem nauigioruꝫ apud aphros præstabant. Micipsarum autē pro numidis posuit. Nam Rex Numidiæ Micipsa fuit Populo Romano amicus aherbalis & hyempsalis pater. Oleum eniꝫ aphrum ꝓ pinguitudine oliuarum uitiosum odorem accipiebat. ℭ Cum boc. nemo la. præ fœtore corrupti olei cuꝫ bocchare numida mercatore oleario nemo lauari sustinet. ℭ Taurominitanæ rupes. Taurominium in sicilia colonia romana fuit iuxta drepanū: sed a Græco taurominita Taurominitanum formauit: sic & Luca. Taurominitanā uincūt feruore charybdim. ℭ Corsica. insula in mari ligustico quā græci Cyrnam appellauere. ℭ Prouicia. qa lōge a littore italico piscis capiebaẗ. ℭ Lenas & au. noīa captātiū hæreditatē ꝓtiosis mūerib⁹ ℭ Laterna. quod in ipsa ignis lateat iclusus: Martia. Dux laterna uiæ clusis feror aurea flammis: Et tuta est gremio pṗua lucerna meo. ℭ Vestris daẗ alueolis. Fame mlta minoribus factis: alueolis uentriculis. ℭ Q d canna micipsaꝝ prora subuexit acuta. canna micipsaꝝ nauis aphrica. Probus expōit cannam nauē eē quæ gandeia dicaẗ ut sit gandeia micipsaꝝ. i. aphroꝝ. gādeiā. n. soli aphri. i. zamei uel ut alii bizaceni ut alii barcæ inuenerunt: aut canna uas in quo feraẗ oleū. Colume. urcei qbus oleū ꝑgeritur cānæ tegetes qbus oliua excipitur: quin & Strabo refert in aphrica ad cubitos quinos longas. crassitudine uero digiti minoris cānas nasci: quare mirum non uidetur: si in eis romā cōportatū oleum sit. ℭ Micipsaꝝ. i. aphroꝝ qđ post siphacen masinissā: post masinissā uero micipsa in aphrica impitauit. ℭ Cū bocchare nemo lauaẗ simili aliquo bocchari qui rex in aphrica pestilenti terræ remediis succurrere conabaẗ. ℭ Mullus erit do. mullus piscis. Mart. Spirat in adriaco: sed iā piger æquore mullus. Lāguescit uiuū, ꝓndeꝛ fortis erit. ℭ Taurominitanæ rupes: q ex taurominio delati romā sūt: taurominiū oppidū cōdiderūt zāclæi. ℭ Nostrū mare. tyrrhenū. ℭ Dū gula sæuit. i. gulosi & glutones oia infestant pisces inquirendo. ℭ Peni seru. macel. i. piscatoribus. macellum loc⁹ quo uenalia omnia contracta fuerant quæ ad uictū humanū pertinebant educatusq; locus & appellatū macellum uelut quidam scribūt ꝙ ibi fuerit hortus. alii ꝙ ibi fuerit domus cuiusdā cui cognomen erat macell⁹ quæ diruta publicæ fuit & ædificatū ꝙ ab eo macellū dictuꝫ. ℭ Nec patiẗ tyrrhenū crescere piscē: in mari tusco progenituꝫ: tyrrhenū mare dictum aut a tyrrheni atys filio. ut Stra. memorat. aut a tyrrhenis nautis quorum Homerus in hymno qui de baccho scribitur meminit. ℭ Instruit: ornat. ℭ Focū prouin. instruit quādo incorrupti romā deferri non possunt. ℭ Quod ca. emat le. qui his muneribus alienas captabat hæreditates qđ nomē in fine circūflectiẗ prisciano docēte cū noiatiuū lænatis faciat. ut arpinatis rauenatis & similia.

Virroni muræna daẗ: quæ maxima uenit
Gurgite de siculo: nā dum se continet auster
Dū sedet: & madidas siccat ī carcere pēnas
Contēnūt mediā temeraria lina charybdim
Vos anguilla manet longe cognata colubre
Aut glacie aspsus maculis tyberinus: & ipse

ℭ Murena: murenas in sicco littore elapsas uulg⁹ coitu serpētiū ipleri putat: Aristoteles. Mirinū uocat marē q generat: Discrimē eē ꝙ murena uaria & infirma sit Myrinus unicolor & robustus dentesq; extra os habeat. In Sicilia aūt Murenæ optimi saporis capiebāẗ Pli. scri. li. ix. Macrobius ēt lib. iii. sic accersebanẗ aūt murenæ ad piscinas nr̄æ urbis abusq; freto siculo: qđ regium a messana respicit: illic. n. optime a ꝓdigis eē credūẗ. ℭ Temeraria lina: temerarii piscatores. ℭ Charybdi añ messanā urbē peloro adiūctā carybdis oñdiẗ dis ꝓfundū qdē imēsum: quo iundatō es freti mirū in modū nauigia detrahūt magnas ꝑ circūductiōes & uortices ꝑcipitata. Auctor ē Strabo li. vi. ℭ Anguilla: ea neq; mas neq; fœmina ē: neq; prolē ex se aliquā potest ꝑcreare: ut ꝓbus li. iiii. de animalib⁹ scri. ℭ Cognata eiusdē generis diciẗ uti Fabius li. i. exponit. ℭ Glacie maculis: ꝑ glaciei: olim nāq; qnti ordinis gtūs ēt in e terminabaẗ. Oui. li. iii. met. prima fide uocisq; ratæ tētamina sumpsit. Et li. vi. utq; fide pignus dextras utriusq; poposcit. fide pro fidei dixit quod etiā priscianus libro. vii. oñdit. ℭ Tyberinus: piscis lupus intelligiẗ: nō aūt qui inter duos pontes captus esset: nā is præcipuum locū tenebat. Vt late Macrobius meminit li. iii. c. de Acipensere hinc addidit poeta aspersum maculis &

MER. Cannæ pro nauiculis
Tauromi nium
VAL.
MAN. Murena
Charyb.
Anguilla
Cognata
Fide pro fidei

solitum penetrare cloacas. Nam lupi optimi fine maculis erant. Vnde columella libro nono. cap. decimosep-ptimo. De positione piscinæ sic ait. Tum etiam sine macula nam sunt & uarii lupos includamus.

DOM. ℂ Murena: murenæ anguillis similes: lautæ enim gulæ habebantur: a freto siculo missæ: illic enim adeo sagi nantur: ut in summum pelagus emergant: & fluitent inde plotæ dictæ a græcis α πλεω: quod est nauigo. Flutæ a latinis a fluendo: nam torrefacta pelle sole mergi iterum non possunt: capiūtur quæ manu: auctores Varro & Macrobius: eadem est eius obiurgatio in gulam: quis neget inquit indomitam ut ait Cecilius. Et uallatam gulam apud illos fuisse: qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriæ compararent. murenarum uiuaria: ut Plinius auctor est priuatim excogitauit curius: qui triumphalibus cœnis cæsaris dictatoris septem milia murenarum appendit & Hortensius murenam in piscina mortuam fleuisse dicitur. Antonia drusi murenæ: quam diligebat in aures addidit. Baulis quo multi conueniebant eius rei fama excogitatuꝫ quoque est damnatos homines inter murenas proiici ut eorum morsu perirent. ℂ Siculo: nam illic capiebatur: ubi regium a messana oppido siciliæ despicitur. ℂ Colubræ: uulgus existimat serpētes & angues cū anguillis coire. Plinius id tantum de murenis refert.

ℂ Murena datur quæ maxima uenit gurgite de siculo. Murena quocūꝗ mense parit: cum cæteri pisces sta-

MER. tuto tempore pariant uulgus coitu serpentium impleri putat. Licinius autem Macer murenas tantum fœ-

De Murena minini sex⁹ esse tradit. Fuste ictæ non interemi. easdem ferula protinus: animamꝗ habere in cauda certum est: eaꝗ icta celerrime exanimari a capitis ictu difficulter. Nicander tradit: captas murenas & in uiuariuꝫ de

Nicāder missas: si exierint morsu suo piscatores in mare præcipites agere ex naui uim scilicet earum timentes: Arche

Archelaus laus in libro de duplici natura. Murenas scribit in terram elapsas serpentibus commisceri. habent enim dē-tes serpentibus similes. ast Andreas medicus falsum hoc dicit. Nam nec murena in terram elabitur: nec ser

andreas medicus pens in matino littore uersatur: ex murenis maxime probantur. auctore Varrone & Columella flutæ: quæ græce plotæ dicuntur. Accersebantur enim ab usque freto siculo ad mensam diuitis. Flutæ uero scribente

Flutæ Macrobio dictæ sunt: quod in summo super nantes sole torrefactæ curuare se posse: & in aquam mergeř de sinunt ad quod respexit. Martia. cum dixit. Quæ natat in siculo grandis murena profundo. Non ualet exustam mergere sole cutem. ℂ Aut glacie aspersus ma. thy. Q uousque melius non inuenero hac in parte cō tenderim de lupo pisce intelligi posse: non de eo quem aduersa tyberis aqua fatigatum atque inter duos pō

Lupus maculosus tes captum. Cullinarum censores olim præciosissimum dixere spinettem illum & uarium accipio: queꝫ Columella piscinis includi uetat. Nam non omnis lupus preciosus habebatur. Legimus enim tum apud Varronem: tum apud Columellam luxuriosum dictum & factum. L. Philippi. Nam is forte casini cum apud

luxuriosum dictum philippi Minidium hospitem cœnaret: appositumque e proximo fluuio lupum degustasset atꝗ expuisset: improbū factum dicto prosecutus: peream inquit nisi piscem putaui: & ut uerbis Columellæ utar hoc periurium multorum subtiliorem fecit gulam doctaque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum: nisi quem tyberis auerso torrente fatigasset. Itaque Terentius Varro. Nullus est inquit hoc sæculo nebulo: ac rinton: qui nō

Lupus tyberin⁹ iam dicat nihil sua interesse utrum eiusmodi piscibus an ranis: frequens habeat uiuarium. Horati⁹ quoque maiores lupos fastidiri docet & tyberinos: contra maiorem mulum appeti: Vnde datum sentis lupus hic tyberinus in alto. Captus hiet: pontes ne inter iactatus an amnis Hostia sub tusci: laudes insane trilibrem. Mulum in singula quem minuas pulmenta necesse est. Ducit te species: uide quo pertinet ergo. Proceros odisse lupos: quia scilicet illis: Maiorem natura modum dedit his breue pondus.

Saturnalia — centiã faturnaliorꝫ licet itelligere:quo tpe uino & alcæ idulgebãt Romãi: Martia. Poſtulat ecce nouos ebria bruma ſales. Et Horatius. Age libertate decebri. Séſus itaqꝫ hic erit. Vtile tũc erat Vatibus pſaturnalia uinũ nõ bibere:imo poti⁹ i ſtudiis palleſcere. ℂ Q uãtũ daret acta legẽti. A ſconi⁹ tradit ſcribã fuiſſe: q uerba ſiue legis: ſiue actorꝫ ſenat⁹: pconi ſubiiceret:q ea i pplm pmulgaret lectorẽ actorꝫ ſcribã itelligere poſſum⁹. ℂ Intactã.nõdum recitatam. ℂ Paridi.niſi uendat agauẽ:de agaue fabulã quæ bacchi furore agitata filiũ ſuum penthea diſcerpſit. Horatius:quid caput abſciſſum demens cũ portat agaue Gnati ifelicis ſibi nõ furioſa uidetur. ℂ Paridi:a quo ob nimiam paupertatem annuo ſalario ſuſtẽtatus dicitur. hunc primo Neroni iocundiſſimũ:deinde ab eo quaſi grauem aduerſariũ fuiſſe iuterfectũ. & Tacitus & Trãquillus ſcribunt. ℂ Ille & militiæ multis largit̃ honorẽ. hoc ſub Claudio & aliquãdiu ſub Nerone potuit. ℂ Semeſtri uatũ digitos circunligat auro. ideſt digitos anulis exornat qui ſemeſtris ſimilitudnem lunæ ferunt. ſemeſtris autẽ luna dr̃ cum menſis mediũ perméſa eſt ſpaciũ:ut inqt Paobus xymam dicit hoc eſt cui ut plena ſit paruꝫ ad modũ deeſt:qdã ſeximẽſtre aurũ ſex mẽſiũ annonã pecuniariã uolũt intelligi ſed ſenſus ualde alien⁹ eſt: lõge igit̃ meli⁹ ad ximã refert̃ lunã cũ uelut anulus i orbẽ collecta ẽ: ut iqt Prob⁹. ℂ Tu came. & ba. romæ inſignes familias. ℂ Tu. paris. ℂ Præfectos pelopea facit. ſub Nerone p̃fecti ab hiſtriõib⁹ pmouebãt̃. Pelopeia & philomela ſũt notæ fabulæ. ℂ Haud tñ inui. ua. quem pul. paſ. qñ ne ipſi qdẽ ſatis multa lucranť. ℂ Pulpita. ſcenæ. ℂ Q uis tibi mœcenas? quis nunc erit aut proculeius. qui in poetas fuere largiſſimi. ſane Proculeius eques roman⁹ amicus auguſti clariſſime pietatis erga fratres ſuos ſcipionẽ & murænã fuit adeo ut bona ſua cuꝫ his eqs partibus diuiſerit quia illi bello ciuili erant ſpoliati: unde Horatius. Viuet extẽto proculeius æuo. Notus in fratres animi paterni. Illum aget pẽna metuente ſolui fama ſuperſtes. hic Cæſatis auguſti familiaris in maximo ſtomachi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem fert̃. ℂ Tũc. cũ hi uixere liberales. ℂ Et uinũ toto neſcire decẽbri. totã hymem aquã bibere quo melancholiam augeat magis: & cerebro maior ad omnia excogitãda inſit uis. ℂ Fœcũdior. maior a fœtu. ℂ Olei plus. noctu dũ ſcribis. ℂ Oblita modi. q̃ modũ neſcit iuenire. ℂ Mileſima pagina. multiplex uolumẽ cõſurgit hiſtoricis. ℂ Atqꝫ operis lex. hiſtoriæ ordo. ℂ Quæ tamẽ ide ſeges. qs fructus: ſeges tamẽ:ut Var. iqt dr̃ qd aratũ necdũ ſatũ ẽ: ideo ſubiecit terræ quis fructus apte. i. pſciſſe hoc eſt cũ laboraris multũ quid nã emolumẽti poſtea conſequere? ℂ Q uantum daret acta legenti. cuius uulgari librario uel certe aduocato.

Sed gen⁹ ignauũ: qd tecto gaudet: & ũbra
Dic igit̃ qd cauſidicis ciuilia præſtent
Officia. & magno comites in faſce libelli?
Ipſi magna ſonãt: ſed tũc cũ creditor audit
Præcipue: uel ſi tetigit latus acrior illo
Q ui uenit ad dubiũ grãdi cũ codice nomẽ:
Tunc immenſa caui ſpirant mẽdacia folles:
Cõſpuiturqꝫ ſinus: uerã deprẽdere meſſem
Si libet hic: centum patrimonia cauſidicorꝫ.

MAN. ℂ Sed genus ignauũ. amici obiectio ẽ: dicit eniꝫ hiſtoricos minime lucrari qꝫ intra parietes & in umbra uerſentur. nõn autẽ in foro uti cauſidici. ℂ Genus hiſtoricorum ſcilicet. ℂ Ignauũ. inutile. nõ aptũ induſtriæ. (Ignau⁹ gnauus) induſtrios. n. gnauos dicimus. ℂ Dicigit̃ poetæ uerba. ℂ Ipſi cauſidici ſcilicet. ℂ Sonant clamãt dicunt. ℂ Creditor. creditor dicitur quia debitori credit: ẽ. n. (creditor) Creditor qui alienam fidẽ ſequit̃ mutuatam pecuniã numerãdo. eſt ẽt creditor ille cui ob aliquam rẽ uẽditã quiſpiã debet. ℂ Libelli in qbus. ſ. actor cãꝫ & actionẽ exprimit. Eſt ãt duplex libellus qdã. n. accuſatiõis & is in criminalibus locũ hẽt. Et qdã cõuentiõis & is in ciuilibus. ℂ Latus. ſ. cauſidici. ℂ Acrior illo. i. pragmaticus acrior illo creditore. ſ. Nã in foro cauſidici erant qui ad ſubſellia uocẽ tm̃ clientibus accõmodabãt erant & pragmatici qui illis ſuppeditabãt iura ut Ci. ſcri. & Fauſtus lib. tertio capitulo octauo quorꝫ qdẽ erat maior dignitas & famæ diſcrimẽ. De pigramatico igit̃ nũc loquit̃ ſubmonẽte & incitante cauſidicũ ad clamorẽ lege ſuppeditata: De pragmaticis uero paulo inferius uideto latius. ℂ A d dubiũ nomẽ. i. incertũ debitũ plærũqꝫ enim ex ſcriptis incertitudo aliqua naſcitur. (Nomẽ p debito.) Sæpe numero aũt nomẽ pro debito ponit̃. Columella lib. i. capi. ſeptimo. Nec ſane eſt iudicandum nobis quicqd licet: nã ſummũ ius antiqui ſummã putabãt crucẽ. (Ius ſũmum.) Nec rurſus in totũ remittendũ. Q m̃ uei optima nomina non appellãdo fieri mala fœnerator alphius dixiſſe ſeueriſſime fert̃. Cicero item pro Roſcio ſic ait Non refert parua nomina in codices imo ois ſummas. Et in epiſtola quadã ad atticũ. perfici inquit. ut Salaminii totum nomen perſoluerent. Et aſconius libro tertio de prætura urbana ubi tractat argumentum accuſationis ſic ait. (Noia p titulis debitoruꝫ.) Tituli debitorum nomina dicuntur præſertim in his debitis in quibus hominũ nomina ſcripta ſunt quibus pecuniæ commodatæ ſunt cui rei contrarium eſt mutuas accepiſſe ergo nomina deb ta uel debitoris hæc ille. (codex) ℂ Codice: codex liber eſt in quo accepti & expenſi rationes ſcribuntur. De quo ſic Cicero loquitur. Quo modo ſeſtertia. ccc. liii. in codice accepi & expenſi non ſunt. & alibi ſic. V trum cætera noia in codicem accepti & expenſi digeſta habes an non? hic autem codex aliter accipitur pro codice legum ſcilicet aliter enim non quadraret ſententia: in qua ſignificatione A ſconius Pedianus in oratione pro cornelio De Maieſtate uſus eſt. Ait enim. Itaque. P. Seruilius globolus tribunus plæbis inuentus erat qui. L. Cornelio obſiſteret. Is ubi legis ferundæ dies uenit: & præco ſubiiciente ſcriba uerba legis recitare populo cœpit. & ſcribam ſubiicere & præconem pronuntiare paſſus non eſt. Tum Cornelius ipſe codicem recitauit hæc ille. ℂ Spirant. emittunt. ℂ Folles. pulmones quibus ineſt ſpirandi uis. ℂ Conſpuitur ſinus. id quidem uerborum copia & celeritate eueniebat.

DOM. ℂ Sed genus ignauũ: pponit obiectionẽ & ei reſpondet. poſſes inquit dicere hiſtoricos nihil lucrari qm̃ nõ prodeunt in forum: & agũt negociũ ſed ſemp in umbra ſunt. Iuuenalis uero oſtẽdit hoies eiuſdẽ iſtituti & artis non

Marginalia: Saturnalia; Vñ ebrium brumã dict VAL.

tis non plus lucrari si in negociis uersent̄ q̄ q in umbra fuerūt antiquorum temporibus. Causidici inq̄t cētū qui exercēt eloquētiam in foro: nō habent tm̄ diuitiaꝶ ut oia eoꝶ bona possint cōparari ēt cū exiguo rure Attici sati equitis romani quem ditissimum fuisse scribit Cornelius nepos: eloquētē testat̄ Cicero appellatū satum ostendit Suetonius Cecilius iquit Epirota Tusculi natus: libertus: Attici sati equitis romani: ad quē sūt Ciceronis epistolæ: qd idem delectatu: sit ocio. & umbra ostēdit Cicero ad eū scribens: te inquit ocium me uero negotiū delectat: ditior igitur olim in ocio & umbra fuit atticus eques & eius etiā minima uilla plus ualuit q̄ patrimonia cētū causidicorū qui nūc i negotiis uersātur: & ita ostēdit culpa tēporū hoc accidere. nō desidia hominū ut pauperes sint. ℭ Creditor: q pecuniā credidit debitori. Creditor itē cuius pecunia aliud aliquid agit ut hoc loco & apud Ciceronē: res agit̄ p eosdem creditores & cætera. Creditor: idest qui condu xit patronū pecunia sua. ℭ Qui uenit ad dubiū nomē. i foro erāt causidici: qui ad subsellia uocē tantū clieti bꝰ accōmodabāt. & pragmatici q his suppeditabāt iura ut Cicero & fabius scribūt quoꝶ erat maior dignitas & fame discrimen: de pragmatico igit̄ nūc loquit̄ submonente & incitante causidicū ad clamorē suppeditata lege. ℭ Acrior: idest uehementior illo creditore. i. q magis urget causidicū. ℭ Cum grādi codice. s. legum. ℭ Sed genus ignauū quod tecto gaudet & umbra: ignauū appellat historiographū: q intra domesticos pa- rietes: & sub umbra cōscribat historias. at causidicū: q in foro & uera pugna cās ageret laboriosū & idustriu; uocat: q̄q̄ ex patrocinio causaꝶ: uel tenuis pueni at utilitas. ℭ Creditor. is dicitur q pecuniā credidit. quam plærunq; abiuratam cognitione prætoris repetabant. Quod autem Cicero ait. Res agit̄ per eosdē credi- tores: per quos cum tu aderas agebatur: non est ibi intelligendum de pecunia credita nomie patrocinii: sed creditores regios accipere debemus: qui (ut in quadam epistola ad Atticum scribit) aperte pecunias suppe- ditabant contra lentulum. ℭ Ad dubium nomen. actoris aut rei: prout iudices senserint. MER. Creditor

ℭ Quid præstent. in quo ante eāt. qui plus uidetur laboris subire uideamus qd ipsi lucrent̄ aduocati. ℭ Et magno comites in fasce libelli. qui ad rei defensionem magnos clientū secū libellos perferūt. ℭ Ipsi magna sonāt. utrū se locupletes gloriantur an certe uerbis terrere aduersarium nituntur quo maiorē apud ignarum & stolidū uulgus fauorē aucupentur. ℭ Tetigit latus. plura pollicitus est qui opibus p̄stat & qui multorum cautionem tēporū habet ad dubiū nomē de quo dubiū futuꝶ erat iudiciū. ℭ Grandi cū codice. cōfirmatio num refutationūq;. ℭ Ad dubiū nomē. ubi q̄stio atq; cōstitutio in ambiguo posita sit. Probus uero qui ue nit ad dubiū nom̄ inq̄t argētariū significat qui instantius debitū petit si debitor cœperit esse suspectꝰ. ℭ Ad dubiū nomē. eius qui ei debeat. ℭ Tūc i mēsa caui spirāt mēdacia folles. temerariā aduocatoꝶ significat su perbiā qui cū iusta & uera dicendo obtinere causa; nō possint i mēdacia mutuasq; iniurias descēdūt. ℭ Ca ui folles tumentia adeo guttura: ut folles credas quibus perflat̄ & suscitatur ignis. Hora. Vt tu cōclusas hir cinis follibus auras. Vsq; laborantes dū ferrū mollia t ignis. ut maius imitare & per metaphorā. Persius. Tu neq; anhelanti coquit̄ dum messa camino. Folle p̄mis uentos nec clauso murmure raucus. ℭ Cōspuiturq; sinus. ex garulitate. aut uelut inquit Probus quia homines sibi non promittunt prospera propter phascinū uerborum: ter enim sibi in sinus inspuunt & uidentur phascinum arcere. hinc persius. Ecce auia aut metuēs diuum matertera cunis: Exemit puerum frontemq; atq; uda labella Infami digito & lustralibus ante saliuis Expiat urentes oculos inhibere perita. ℭ Veram deprahendere messem. uerum laboris fructū si tibi libeat cognoscere. messis tamen p̄prio ut inquit Varro nomine dicitur a medio de his quæ metuntur & ab eo esse uocabuli inclinationem. metitur inquit & sub urbe roma & locis plærisq;: ut stramentum medium subsece- tur q; manu sinistra & summū præhendunt a quo medio messem dictam puto: infra manū stramentum qd terræ hæret postea subsecatur. ℭ Hinc centum. ordo est hinc pone centum causidicoꝶ patrimonia: alia pte solum subaudi patrimonium russati lacertæ: & est sensus. solus russatus lacerta patrimonii tm̄ habet quan- tum simul centum causidici. russatus lacerta sub Domitiano auriga fuit: ut Probus ait. & apud Pliniū russeꝰ legit̄. inuenit̄. in actis fœlicis russei aurigæ iā igne illato in rogum eius unum e fauentibus iecisse sese. VAL.

Parte alia solum rus satipone lacertæ.
Consedere duces: surgis tu pallidus aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice: rumpe miser tēsum iecur: ut tibi lasso
Figantur uirides scalarum gloria palmæ
Quod uocis pretiū? siccꝰ petasūculꝰ & uas
Pelamidū: aut ueteres aphroꝶ epimēida bul
Aut uinum tyberi deuectū q̄nq; lagenæ (bi
Si quater ægisti: si contigit aureus unus
Inde cadunt partes in fœdere pragmaticoꝶ.

ℭ Rus satipone lacertæ: siue Russati. Satus lacerta di- tissimus fuit uti poeta hic ostendere uidet̄: Cuius sola uilla centū causidicoꝶ patrimonia superabat. Placet & illud probi ut Russatus lacerta fuerit auriga sub domi tiano. Placet item ut de lacerta milite itelligamus. Rus sati. n. milites dicebantur a russata ueste coccinea qua sub cōsulibus romāi usi sūt milites. Cōparare āt & cau sidicoꝶ & militū p̄imonia ñ absonū ē: nā ita oratores i foro cōtēdere solēt sicut i castris milites: hic Ci. ad he- rēniu; li. i. ait. De iis rebus caute cōfligendū est. Cōfli gere enim militare uerbum est. Dabātur ēt causidicis statuæ equæstres ut iamiam apparebit. Qui autem si sapone legēdum censuit. nullo pacto admittendus est Cum nequeat id conuenire. absurdum & enim eēt tā lōginquas petere cōparatiōes: fiūt nanq; eæ p notiora ergo &c. ℭ Cōsedere duces. ostendit hoc loco causidicos & si optime causam egerint minima tamen recipe re ab defensis. ℭ Consedere duces. id ab Ouidio sumpsit: ait enim libro decimo tertio meta. Consedere du ces: & uulgi stante corona Surgit ad hos clypei dominus septemplicis aiax: is enim cū Vlysse de armis achil lis causam habebat. ℭ Aiax. idest causidicus tanq̄ aiax: q aduersante Vlysse de armis achillis ægit causam. MAN. Russati milites

ℭ Dicturus dubia ꝑ libertate.i.ita pallidus ac si dicturus esses pro libertate patriæ:ut scilicet patria liberare tur a tyrannis quod quum tractaꝭ.quia dubius est euentus pallescit quisq;.Id autem declarare uidetur ił'ď in saty.viii.Et quos magnum aliquid dubia pro libertate deceret.Placet item & alter sen us.ut dictur⁹ pro dubia libertate causidicus intelligatur acturus causam pro liberando reo & absoluendo:de quo dubium es set ob ingens scelus admissum pallebat ergo causidicus acturus talem causam ne succumberet. Est demū sensus Causidicum in agenda causa maxime sollicitum & timorosum esse ne forte succumbat & tamē ubi

Trib⁹ re. uictor fuerit.paruam quidem mercedem habebit. ℭ Bubulco iudice: hoc ait quoniam ut refert Asconi⁹

xxxv. libro secundo Verrinarum. Tribus urbanæ rusticæq; omnes.xxxv.numerabantur ex quarum singulis ut

Iudices. dicemus in saty.xvi.terni eligebantur ad iudicandum. Cunq; centum quinq; iudices essent centūuiri ap

Cv. pellati sunt:quo facilius nominarentur:ut festus ait. ℭ Rumpe miser tensum iecur.hoc ait quoniā ut scri

Cētūuiri bit Alcinous.Iecur & ad excitandam & ad mitigandam animæ concupiscentiam dulcedinem ac densita

Iecur tem habet. ℭ Scalarum gloria palmæ:de scalis intelligendum quibus quidem actores ipsi causarum pul pitum aliquod ad dicendum constitutum ascendebant.Potes etiam intelligere ut in domo uictoris Cau sidici affigerenꝭ palmæ:quæ quidem erant gloria scalarum scilicet pulpiti iam dicti. ℭ Scalarum gloria. ap

causidica positio est. ℭ Quod uocis pretium.Causidicos parum lucrari etiam Naso libro primo de amoribus osten

rum lucel dit his uersib⁹.Nec me uerbosas leges ediscere nec me Ingrato uoces prostituisse foro.Plinius item libro se

lum cundo epistola ad maximum ita inquit heri duo nomenclatores mei habent sane ætatem eorum qui nup

Petaso togas sumpserunt ternis denariis ad laudandum trahebantur:tanti constat ut sis disertissimus hoc precio q̄

Petasūcu libet numerosa subsellia implentur hoc ingens corona colligitur. hoc infiniti clamores commouentur &c.

lus ℭ Petasunculus. est petaso coxa porcina sallita.Inde petasunculus diminutiuum. Siccus autem ingratus ē

Cordyla hinc Martia.ait libro decimo tertio.Musteus est propera:caros nec differt amicos.Nam mihi cum uetulo sit

pelami petasone nihil. ℭ Pelamidum.plinius libro nono scribit:ꝙ Tynni partus Cordyla appellatur.Limosæ ue

des ro ab luto pelamides incipiunt uocari.Et quum annuum excessere tempus Tynni.ii membratim cæsi cet

Tynni uice & abdomine commendantur.Cætera parte plenis pulpamentis sale asseruaꝭ. Vilissima ex iis quæ cau

epimēdia dæ proxima quia pingui carent. ℭ Aut ueteres aphrorum Epimendia Bulbi.ordo est aut Epimendia appo

Bulbi sitio ueteres bulbi aphrorum. ℭ Epimendia.est Epimendium ut plinius scribit libro.xix. tertium bulbi ge nus cibis gratum. ℭ Aphrorum.in aphrica enim plinio teste libro.xix.nati bulbi maxime laudantur. sunt autem bulbi cæpæ non absimiles ascaloniæ. ℭ Tyberi deuectū.nō romanum.sed uile & externū. ℭ Quin q; lagenæ.appositio est. ℭ Si quater egisti.sensus est si quater egisti causam tu causidicus.indeq; habuens au

Pragma reum oportebit ex illo partem tribuere pragmaticis.idest aduocatis. ℭ Pragmaticorum. pragmatici teste

tici Quintiliano libro tertio capitulo octauo iuris interpretes a græcis dicuntur qui parua mercede cōducti iu

Causidici ra oratoribus suggerebant.& Cicero libro primo de oratore sic ait.Itaq; nō ut apud græcos isimi hoies mer

Aduocati cedula adducti mistros se ꝓb.t i iudiciis oratorib⁹.ii q ap d illos pragmatici uocātur hæc ille. Hos pragmati

πραγ cos.pedian⁹ ubi argūm ū diuinatōis tractat aduocatos uideꝭ appellare.Nam ubi Ci.ait.Quartū ex illo gre

ματ ge oratoꝝ iqt ipse Obturbatores quosdā sordidosq; causidicos significat.q adhibebāꝭ ad morā faciēdā: duꝫ meliores aduocati ꝑcrearēꝭ & se dnuo ɔpararēt ad dicēdū.πραγμα āt res cā dř πραγματεύσ negociator

DOM. ℭ Pone solū rus lacertæ:hoc ē solū rus exiguū:quasi dicat non cōferas oēs uilas sed unū tātū rus ad id breue nā lacerta ē breuis mēsura terræ ante. Vnius sese dn̄m fecisse lacertæ. ℭ Sati:idest atticici sati equitis roma ni q eloq̄ntiā nūq̄ exercuit in foro:quod Fidētinus ꝑceptorē secutus multa hoc loco recenseat deliramenta & cōfingat fabulas nec miror nec moueor.Illud uero rideo qđ ait ꝑceptori suo placere satā eē proprium au rigæ id ne a libris sibillynis acceptū putes ostēdi multis Iuuenalē meū in cuius margine id scriptū ē.sine ulla auctoritate ut multa alia in eiusmodi codicibus reperiunꝭ. ℭ Cōsedere duces.Emystichion ē Ouidii:sūptū de certamine Aiacis & Vlyssis in iudicio armorum. ℭ Dubia.pro libertate tanq̄ ageres causam de ceditōe tua. ℭ Bubulco iudice:hoc est apud iudicem rudem:hoc dicit qm̄ multi ipatoꝝ idulgētia asciti fuerāt i de curias.iudicū externi & barbari hoies:quod Fidentinus somniat de Vespasiano.Bone deus q̄ ridiculum ē. ℭ Scalarum:scalæ gemoniæ dicebanꝭ in quas damnati trahi solebant. Tranql.Nemo punitorum nō ige monias abiectus uncoq; tractus gloria scalarum erat.cū patronus reū dānabat.Sensus ē:esto ꝙ uiceris & dā naueris reum ad gemonias:quod pretiū uocis erit tibi. Alii putāt scalas fuisse forulos & armaria causidico rum quæ palmaꝝ foliis ornabanꝭ quum illi uicissent causam Cicero Correpsimus scalis.hæc legi in margi ne mei Iuuenalis antiqui. ℭ Vt tibi lasso.i.esto ꝙ tibi lasso post multos labores. ℭ Figāꝭ uirides palmæ sca larū.i.deꝭ uictoria de reo dānato ad scalas in quas obtineris eū abiiciendū. ℭ Quod uocis pretiū.i.qđ ꝑmil tibi erit.Exigua munera causidicoꝝ.Deridet Mar.i Sabello longo epigrāmate.Salsamēta his mittebāꝭ ut il le & lucanica uentre cū falisco.Hic Iuue.siccus petasunculus. ℭ Pelamidū .pelamides thynni sūt itra annuū tp̄s cū limū eruūt nā πηλοσ significat limū.unde pelāides .Hæ i alica coctæ ꝑticulatiq; cōfectæ i genera cy boꝝ dispartiebantur:ut scribit Pli. ℭ Epimenia :sacra dicūtur menstrua:ſ; placet magis legas epimēida: nā epimemidū scyllæ genus est ꝓximū bulbis:quod Pli.scribit eē gratū cybis & Theophrast⁹ angustiore fo lio ac min⁹ aspo.ab usu ira appellatū:i aphryca ꝑstabāt Colūella.Et quæ sicca legit getulis obruta glebis mit tebanꝭ āt bulbi causidicis.Mar.Cū bulbis cocleisq; caseoq;. ℭ Epimenida aphroꝝ:appositio ē ueteres bulbi apud aphros epimenida sūt. ℭ Si q̄ter egisti.i.si apud q̄ttuor decurias iudicū cām egeris. & tū demū datus sit un⁹ aure⁹. ℭ Partes cad.i.discedūt a lite:q̄ cōponūt arbitrio pragmaticoꝝ.quos adeūt tāq̄ ꝑitiores iuris.

MER. ℭ Rus sati pone la. q̄tū cōiicere possumus Satus lacerta ditissimus fuit ut sol⁹ causidicoꝝ cēsus superaret. ℭ Confe.duc.ex Ouidio locus apud quē in cōsessu ducum græcoꝝ. Aiax causam agit petens arma patrue lis Achillis

lis Achillis. ¶ Dubia pro libertate. aut statū tetigit negocialē: in quo citra cōplexū psonarū Quinti. pcipiente cā tractatur: ut illud. Vtrū q in assertiōe est: liber sit: aut cū libertate agif: quo iudicio: Vt Cicero. in primo de Oratore scribit. Nullū grauius eē pōt: ut cū qrif is q domini uolūtate cēsus sit. si nō sit cōditū lustrū: sit ne liber: & cōiunctim ne. ¶ Bubulco iudice. rustico & iperito legum utpote qui in agris uersatus fuerit. Nā ut Quinti. scribit. Rura plærūq; i decurias iudicē mittebant. ¶ Scalarū gloria. orantiū gradus ramis arborū & frondib⁹ coronari cōsueuerāt quotiēs orassēt i signū lætitiæ. ¶ Sicc⁹ petasūculus. diminutiuum a petasone. Est āt petaso coxa porcina salita. Siccū uero petasonē: ut ingratū spni debere docet Martialis cū dicit. Musteus ē pperas: caros nec differ amicos. Nā mihi cū uetulo sit petasone nihil. Et alibi. Et pulpā dubio de petasōe uoras. ¶ Et uas pelamidū. pelamides thynnorū gen⁹. Nā thynni cordile primū: limose uero: aut e luto: pelamides icipiūt uocari: & cū ānuū excessef tēpus thynni pelamides āt αωοτοῦ ωηλου. idest a luto dicunf. ¶ Veteres afrorū epimēdia bulbi epimēdia legēdū dicimus: ñ epimenia. Est āt epimendiū. ut Plinius scribit: tertiū bulbi genus cibis gratū angustius folio: ac minus aspero. ¶ Afrorū. nā i africa nati bulbi Plinio teste: maxime laudabātur. Et columella. Et quæ sicca legit getulis obruta glebis. Sūt autē bulbi genus cæpæ nō absimile ascaloniæ. ¶ Inde cadūt partes in fœdera pragmaticorꝫ. pragmatici teste Quitiliāo iuris iterptes a græcis dicunf: q uelut ad arculas sedebāt: & parua mercede cōducti iura oratoribus suggerebāt: hi pprie sūt aduocati. Nā tradēte Ascōio. Aduocati: aut ius suggerebāt: aut pñtiā suā amico cōmo dabāt. Et sēsus hic erit si oratori aure⁹ un⁹ obtigerit: pragmatici q iura sūministrāt: ptes sibi poscūt. Sed q̄ merces foret pragmaticorꝫ. Martialis hoc epigrāmate ad pāicū docet. Deseris urbanas tua pdia pani ce lites. Paruaq; sūt tritæ pmia certa togæ. Frumtū: miliū: ptisanāq; fabāq; solebas. Vēdef pragmaticus nūc emis agricola. ¶ Si qter egisti. ad āpliatōnē iudiciorꝫ respexit: quotiēs causæ maiof cognitōe idigētes ñ stati decidebāf. sed pducebanf. Vñ legim⁹ multos ter & qter fuisse āpliores. De āpliatōe plura dicem⁹ i ultia sat. ¶ Cōsedere duces. i. iudices ignari iudicii: allusit aūt ad illud Ouidii. Cōsedere duces: & uulgi stāte corona: Surgit. ad hos clypei dominus sepēplicis aiax. Vtq; erat ipatiēs iræ segæia toruo Littora cōspexit classēq; in littore uultu. Intēdensq; man⁹ agimus ph iuppiter inquit. Ante rates causam & mecū confertur ulysses. ¶ Pro libertate dubia. utrꝫ ancipiti uictoria sicut p liberto uictor ponif. Vir. Victorq; uirꝫ uolitare p ora. an certe dubia p libertate quæ sit ne dāda an nō nōdū iudicatum eē uideaf. ¶ Bubulco. iudice rustico idocto: ac per hoc sub quo nō fuit tātopere æstuandum aduocatis: uel sui temporis iudicis est pprium nomen. ¶ Rūpe miser tēsū iecur: ut nullā tādē asseqre mercedē: iecur āt p pulmōe posuit aut qa a iecore bilis sumat initiū. ¶ Viridis schalarꝫ g⁹ia palmæ. istar gladiatorꝫ: iō āt schalarꝫ gloria q apud ueteres aduocati schalas haberēt & harmariola i qb⁹ palmæ pfigerēt uelut qdā statōes. q sisenna itellexisse uolūt q i corneliana cor repsim⁹ iqt i schalas. ¶ Sicc⁹ petasūculus. laridi pna: cui⁹ primitiuū ē petaso. Mar. Nā mihi cū uetulo sit petasone nihil frustū de pna pdicif & sale obrutū deide i fumo suspēsū asseruaf. ¶ Et uas pelamydū. pelamydes pisces sunt. αωο τοῦ ωηλου. i. a luto i quo uolutāf nomē habuerūt. Opian⁹ i lib. quē de natura pisciū inscripsit. ωηλα π ὀλεὀ γογγροι τεκαιον καλεοῦσιν ολιὀτον γεὶ τοναναλετασσιν αεὶ ωοταμοῖσι δαλαὀτανηλιμναισοσι λαρον ὀλωρμετα ωαὀεται αλλης. ē aūt pelamys fœminini generis ut chlamis. ¶ Veteres bulbi. piscef ephexegesis. ¶ Epimenia i. mūera mēstrua aphrorꝫ: q ex aphrica romā deferebāf: uñ Mar. & ficus & libycæ gelata testa cū bulbis cochleisq;. ¶ Aut uinū thyberi deuectū. non trāsmarinū aut qd uis optimū. ut de cāpano euectū agro. ¶ Aureus unus. solitus aureus i federe pragmaticorꝫ ministrorꝫ oratoris Cice. in. i. de oratore: itaq; nō apd græcos infimi hoies ui credula adducti mistros se pbent in iudiciis oratorib⁹ hi q apud illos pragmatici uocanf: & Quintilia. neq; ego sum nři moris ignarus oblitus ue eorū q uelut ad arculas sedent: & tela agētibus subministrant neq; idē apud græcos nescio fa ctitasse: uñ nomē his pragmaticorū est αωο τῆς ωραγματείας enim hoc est actione inditū nomen est.

An trib⁹ lustris cōditis sit liber

Petaso

Pelamides

Epimendium

Bulbi

Pragmaticus

Aduocatus

VAL.

MAN.

Aemilio dabitur q̄tum petet: & melius nos
Aegimus. huius enī stat currus aheneus alti
Quadriiuges in uestibulis. atq; ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus: & statua meditatur prælia lusca.
Sic pedo cōturbat: matho deficit: exit⁹ hic ē
Tongilli: magno cum rhinocerote lauari

¶ Aemilio dabitur quātū petet. Ostendit illud uerū esse. Quanti quisque sua nummorū seruat in arca tā tū habet & fidei. Diuitib⁹ enim causidicis plura q̄ pauperibus cōferebāt. ¶ Aemilio. diuiti causidico. ¶ Dabitur. a clientibus. ¶ Aegimus. scilicet cām nos pauperes. ¶ In uestibulis. satyra etiam. vi. dixit. Vetustos porticibus disponat auos. Nam ibi maiorum imagies disponebantur: ut lati⁹ illic ōdimus & in principio satyræ. viii. aliqua ¶ Stat currus aheneus. Plyni⁹ libro xxxiiii. De origine & honore statuarū. scribit q in atriis honos clientium instituit colere patronos. Scribit item sequenti capite q togata effigie antiquit⁹ statuæ dicabantur: placuere & nudæ tenētes hastā. Cæsar quidē dictator loricatā sibi dicari in foro suo passus est. Equestres uero statuæ factæ a græcis orto exemplo: postea uero i bigis & quadrigis: unde & nostri currus in iis qui triumphassent. Causidicorum uero statuas equestres fuisse. Martialis ostendit libro nono his uerbis. Tam graue percussis in cudibus æra resultant. Causidicum medio quum faber aptat equo. ¶ Bellatore. idest equo. ¶ Lusca: alter enim ex oculis claudebatur quo certior fieret ictus. Philosophus autem particula. xx. suorum problematum scribit. Vno oculo exquisitius cerni quā duobus: quia plures motus duob⁹ q̄ uno excitātur. Et quia radii oculi utriusq; nō sine pturbatione in idem concidunt: itaq; quum uno inspicim⁹ ad rectum conspectum tanquam regulam melius quod rectum est deprehēdere iudicareq; habemus

Satuæ in atriis

Statuæ eqstres

statue causidicorū

oculi uni us uisus

¶ Sic.quia diues.¶ Cõturbat alios scilicet causidicos.¶ Matho deficit:succumbit quia pauper. De Mathone latius saty.i. ¶ Exitus hic est Tongilli.sensus est quod Tongillus ut conturbet alios sicuti pedo diues lectica uehebatur:& lata purpura induebatur sic enim magis ei credebant.¶ Cum rhinocerote.in balnea guttum cum oleo deferebant.Ditiores ex cornu Rhinocerotis habebant: alii uero ex taurino cornu hinc Mar.ait li.xiiii.Gestauit mõ fronte me iuuencus.Verum Rhinocerota me putabas. Pli. aũt scribit li. viii.qđ rhinoceros ẽ unius in nare cornu hostis elephanto cui in longitudine par cruribus multo lõgiorib⁹ color est in buxeus.ῥὶν piu autem nasus dicitur κέρας cornu.Diodorus etiã plura li.xiiii.de Rhinocerote:

Rhinoceros,

DO: ¶ Aemilio dabitur,quantum.Idem apud Martialem est qui ait causidicos.ut conducerentur statuas ostentasse. Martialis. Tam graue percussis incudibus æra resultant.Causidicum medio cum faber aptat equo. ¶ Sedens bellatore equo:Describit statuam equestrem quam ostentant causidici ut condicantur.¶ Lusca nam in alterum latus & oculum incumbunt:Equites in hastam proni.¶ Pedo:causidicus alter poeta cuius meminerunt Ouidius & Martialis.¶ Conturbat:idest multa obiit negotia.Mar. Conturbabit athlas alibi Conturbator aper uilius esurio.¶ Deficit:inopia perit.nihil enim lucrabatur:Mar.Parua rogas magnos: sed non dant hæc quoq; magni: Vt leuius pudeat iam matho magna roga.¶ Hic est exitus. idest hæc causa est quare conducatur Tongillus de quo Mar. Vri Tongillus male dicitur hemytriteo. Noui hominis mores.esurit atq; sitit.¶ Rhinocerote:rhinoceros uas significat:quo in balneis utebantur ex cornu Rhinocerotis:de quo diximus in commentariis Mar.inferioris conditionis homines pro rhinocerote utebantur gutto ex cornu Tauri.¶ Turba lutulenta.idest multitudine comitum qui eum per lutũ sunt comitati & lauantur una.Fidentinus Clunicus lutulẽta exponit pro pediconum quasi in eo posset opes ostentare Tongillus quod pedicones multos haberet comites.

MER. Statuæ ¶ Stat currus aheneus.maiorũ sta uæ(Vt ait Plinius)antiq̃⁹ togata effigie dicabãtur.Placuere & nude hastas tenẽtes equestres quoq; statuæ celebratæ sũt.Postea uero in bigis & quadrigis unde & triumphales natæ.Causidicorum autem statuas equestres fuisse significat Martialis. Tã graue percussis i cudibus æra resultant Causidicũ:medio cũ faber aptat equo.¶ Statua lusca:aut q̃ uere luscus esset:aut positionẽ statuæ ostẽdit:cui⁹ tantũ solus oculus conspicereẽ.¶ Pedo & matho:causidicorũ nomina. ¶ Tõgili.forsan hic ẽ:de quo Martialis Vri tõgillus male dicitẽ hemitriteo. Noui hoĩs mores esurit:atq; sitit. ¶ Rhinocerote lauari p rhinocerotẽ guttũ corneũ itelligim⁹de quo Martialis. Gestauit modo frõte me iuuẽcus: Verũ rhinocerota me putabas:In balnea siquidẽ guttũ cũ oleo deferebãt antiqui:Est autẽ rhioceros(ut Plinii uerbis rem aperiã) Animal q̃ unũ i nare cornu habet.hostis uidelicet elephãto.cornuq; ad saxa limato præparat se pugnæ in dimicatione aluũ maxime petens:quẽ scit ẽe molliorẽ:lõgitudo ei par:crura multo breuiora.Color buxeus:sed hic sẽsus:quẽ admodũ Tõgillus gutto corneo:& ex rhiocerote balnea igrediẽ:pturbatq; alios sic ãbitiose ornat⁹causidic⁹deficiẽtib⁹ reliqs.uictor ẽ causæ:illud addius declinari rioceros otis:& reliq̃ hui⁹ desinẽtiæ.ut monoceros & ægoceros: Nec i obliqs casibus recipe.n. Attici tñ declinãt rhioceros rhiocero.

Rinoceros

VAL ¶ Aemilio diuiti.¶ Currus aheneus:ex quo maiores eius ostẽdit triũphasse. ¶ Nos.paupes. ¶ Bellatorẽ. equo. ¶ Curuatũ hastile minaẽ.subaudiẽdũ sedẽtis. ¶ Et statua meditaẽ p̃lia lusca:ita sedet ut p̃lia uideaẽ futura meditari lusca uetustate:aut q̃ ƥoriũ referat aut ãnibalẽ. ¶ Sic pedo.aduocatus sua autoritate terrori ẽ.¶ Matho.ali⁹ aduocat⁹.¶ Deficit.deficio uerbũ multis solet modis casus ascilcere: ut cũ Vir.i carmie geõgico iqt.Cũ iã glãdes atq; arbuta sacræ deficerẽt siluæ.hoc ẽ ñ suggererẽt glãdes atq; arbuta. Cæsar in cõmẽtariis.frustra inqt meæ uitæ subuẽire conamini quẽ iã sãguis uiresq; deficiũt.deficere deesse absolute positũ .Hircius.q̃re neq; tãtũ ai:ut sine ipe castra oppugnãda cẽseã:neq; tãti timoris ut ipse deficiã aliter idẽ alibi Martius Rufus iquit q̃stor i castris relictus a curione cohortatus suos ne animo deficiãt.i. terreantur.& rursũ alibi:sed postea q̃ nõ modo ordeũ pabulũq; oĩbus locis herbaq; defecta: sed etiam fructus de arboribus deficiebat:ita Cicero.prudẽtia nũq̃ deficit oratorẽ.hoc ẽ deserit:at Mart. defici hãc rẽ iqt hyblæis madidas thymis placẽtas defecit.Columella.iã ipe uero iqt fœcũditate p̃stãt oĩbus quas ãte rettuli:tũ ẽt patientia q̃ppe turbines ibresq; sustinẽt & commode fluũt nec deficiũt macro solo deficio autem a te.i. rebello magis notũ ẽ q̃ ut autoritate cuiusq; cõprobare necesse sit:ẽ ẽt ubi deficio significet idẽ q̃ defeciscor.ut hic matho deficit.at tũ neutrũ:ut Priscian⁹ etiã inqt ẽ:actiuũ uero i aliis significatiõib⁹ cui⁹ passiuũ ptulit Martialis.Dulcia defecta modulaẽ carmia ligua Cãtator cygnus funeris ipe sui.Quitilian⁹.& aqua ciboq; defecti de faciẽda ad hostes deditione deliberẽt.Et collumella rerũ rusticarũ libro tertio iũgatũ q̃dã parte deficitur quadã superat.deficit igitur mihi hæc res quantũ me legisse recolo nusquã inueni nisi apud eos qb⁹ nulla aut pexigua latinitatis conceditur autoritas.¶ Matho deficit.possumus etiã exponere ab auctoritate sua declinat.¶ Exitus hic ẽ tõgilli.ut & ipse quoq; deficiat nã cũ opulẽtiæ apparatu q̃do q̃rũt uel fingũt se q̃rere aliqd q̃ magni cõstet idq; se empturos iactitãt exitus tamẽ q̃les fuerit solet idicare q̃do breues & mutabiles rerũ uices eẽ & cõsueuerũt & fortuna nũq̃ simpliciter uideẽ idulgere ut ubi fauor:& auctoritas p̃sertim nullis inixa radicibus fuit sequaẽ ifœlicitas:¶ Exitus hic ẽ tõgilli.q icõtinẽs fuit aduocat⁹.Mar.Oẽs tõgillũ medici iusseẽ lauari.O stulti febrẽ creditis eẽ gula ẽ.¶ Magno cũ rhiocero.lauari q solet i.magno gutto.inqt Prob⁹ q̃ sicut rhinoceros sit igẽtis nasi:aut certe q̃ tõgillus nasutus ipe fuerit:quẽ tõgillianũ appellauit Mar. Tõgilianus hẽt nasũ:scio nõ nego:sed iã Nil p̃ter nasũ tõgilianus hẽt. Est plane rhioceros:ut iqt Pli.unius i nare cornu gẽitus hostis elephãto:cornu ad saxa limato p̃parat se pugnæ:i dimicatiõe aluũ maxie petẽs q̃ scit eẽ molliorẽ:hinc sagacẽ & prudẽtẽ uirũ nasum rhiocerotis habere dicim⁹. Mart.iuuenesq; senesq; Et pueri nasum rhinocerotis habẽt.Cõpositũ uero nomẽ.α ῥὶν ῥινὸς qđ nasũ significat.& κέρας cornu quo circa genitiuũ ẽt rhiocerotos mittit quoniam κέρας facit κέρατος sicut phileros philerotos.

¶ Lutulenta

℃Lutulēta. idest comitum cœtu lutulento. ℃Longo assere: est asser hoc loco lignum siuē palus longus & eminens: quo lectica portabatur a seruis. De assere tñ latius saty. ii. ℃Medos: seruos ex media dicta a Medo medeæ filio de qua multa Strabo libro. xi. Vtq; Ptolomeus ait lib. vi. Media terminatur a septentrione parte hircani maris. Ab occasu maiori armenia: & assyria. Ab meridie perside. Ab oriente hircanis & parthia. plura diximus libro secundo. g. ℃Myrrina uasa ex myrrhino de quo late saty. sexta. ℃Spōdet promittit oñditq; emere posse prædicta. ℃Stlataria purpura. i. lata & ampla nā festus sic inquit. Stlata genus nauigii latum magis q̃ altum & a latitudie sic appellatum. sed ea consuetudine qua stlocum pro locum & stlitem pro litē dicebāt hæc ille. ℃Tyrio filo. Apud tyrum purpuraꝝ piscatus hinc tyria purpura optima oium phibeť. uerba sunt strabonis lib. xvi. ℃Et tamen hoc quia scilicet se diuites ostēdūt: ℃Vendit: clientibus. Vendunt. s. causidicum. ℃Amethistina uestimenta uiolacea. Plinius li. xxxii. scribit φ pricipatū Amethisti indice tenent perlucent omnes uiolaceo colore: scalpturis faciles indicæ absolutum purpuræ colorē habent ad hancq; tinguentium officine dirigunt uota. Idē quoq; lib. nono dixerat sic. Nepos cornelius q diui augusti principatu obiit. Me inqt iuuene uiolacea purpura uigebat cuius libra denariis centum uenibat. ℃Illis causidicis. ℃Strepitū comitum. s. ℃Facit apparentia. ℃Finem. idest modum sit enim ultra uires & ultra modum impensa: quo ditiores ac digniores appareant. hinc ait Seneca qđ etiam saty. tertia diximus in epistola. li. Non ego ambitiosus sum: sed nemo aliter romæ potest uiuere non ego sumptuosus sum sed urbs ipsa magnas impēsas exigit. ℃Prodiga. consumptrix prodigeť. n. teste festo cōsumere est. ℃Vt redeāt ueteres: sensus ē φ si cicero oratoꝝ sūmus tpe suo fuisset: nihil profecto lucratus esset: nisi diues apparuisset ℃Vt quis. ℃Serui octo. li. lecticam qđ octophoron appellant ferebant a sex uero hexaphoron dicebať. ℃Togati. ante ābulones. ℃Agebat. causas. s. ℃Sardonice. in sat. sexta diximus hanc gemmam romanis fuisse celeberrimam auctore plinio. ℃Longo assere: de asseribus añ ē dictū. ℃Empturus pueros. i. tanq̃ uelit emere pueros q i septis uēdebanť quo q se diuites iactabāt accedebāt tāq̃ oīa empturi: φ in mamurra deridet Mar. In septis mamurra diu multūq; uagatus. Hic ubi roma suas aurea uexat opes. ℃Spondet. i. præbet autoritatē φ possit emere. ℃Stlataria purpura: antiqui Stlatū prolatū dixerūt: ut Pōpeius scribit. & stlitē ꝑ litē ut Fabius tradit: uñ stlata latū nauigiū dictū ē. purpura stlataria nō a nauigio ut ego sentio dicit: sed ē periphrasis lati claui: ut legas purpura stlataria. i. latus clauus purpureus quē gestat. ℃Tyrio filo. i. lana tyria. ℃Sed finē impēsæ: eos carpit q ut diuites uiderētur & ita cōducerētur fenore uestes & comites cōducebāt in quo Mart. Saufeiū deridet Cinctū togatis & post & ante Saufeiū. ℃Octo serui. nā hic erat iustus numerus his qui gestabanť. Catullus: octo hoies paraf rectos ad lecticā. ℃Paul⁹ causidicus cui⁹ meminit Mar. Grat⁹ sic tibi Paule sit decēber ℃Medos. assyrios seruos. ℃Stlataria purpura. lata stlaterō scribit pōpeius festus genus nauigii latū magis q̃ altū: & a latitudine sic appellatū: sed ea cōsuetudine: q̃ stlotū ꝑ lotū: & stlitē pro litem dicebant antiqui quā rem & Quintilianus notauit de arte grāmatica scribens. ℃Tyrio filo. quia tyria purpura intēsior erat & preciosior. Vir. & tyrio saturata murice palla. ℃Spondet. spondere est fidem præstare ita ut credi possit. ℃Empturus pueros. Seneca sæpe (ut supra diximus) arguit nimiam Ro. diligentiā: in exquirēdis & emendis pueris: ergo causidicus ostētatiōe opū ꝑmittit ēt se empturꝝ pueros φ opulētissimi faciebāt. ℃Amethystia: amethystus gēma ē: colore uiolaceo: uñ & color purpuræ amethystus dr: q̃ rursus (ut scribit Plinius) absolutus inebriaľ tyrio. ut sit ex utroq; nomē iprobū: simulq; luxuria duplex: quē colorē i uiola uidem⁹. & de carbūculis idē auctor lōquens optios eos ait esse amethystizōtas: hoc ē quoꝝ extremus igniculus i amethystinū uiolā exeat. ℃Octo ſui. octoforꝝ significat. Mar. Octophoro san⁹ portaľ auite philipp⁹. Hūc tu si sanū credis auite furis. ℃Togati ante pedes. ad ostētandas opes q̃rēdāq; auctoritatē oratores causas acturi: exemplo potētiū ciuiū, togatos & anteambulōes ꝑmittebāt: quem morem sæpissime Martialis notat. ℃Lutulēta tur. ceromaticoꝝ. ℃Lōgo ꝑ. asse. lōga lectica q̃ asserib⁹ cōpacta ē. ℃Premit: portātes asseř medos. ℃Empturus pueros. ꝓcerū filios q ro. ducti captiui fuerāt. aut φ illi potissimū i delitiis hñť utpote uenustiores & ſuitio aptiores. ℃Pueros. ſuos. ℃Argētū uasa argētea: ut fidē uēditori faciat. ℃Myrrhia: pocula: ut ipse supius grādia tolluť crystallina maxia rursus myrrhia. ℃Spōdet. n. tyrio sclataria purpura filo. i. ꝑ eo fidē facit toga ipsius. Prob⁹ expōit illecebrosa. Enni⁹: & melior nauis q̃ q̃ stlataria pōtat. i. multisonalis q̃ dr uulgo batalaria. cap. āt de ortographia slataris iqt sine. c. Ita scribēdū ē a slata rate piratica: slatariā ergo purpurā dictā possum⁹ accipe q̃ & lōgiqs regiōib⁹ deuecta ē. Fest⁹ uero sclata: iqt gen⁹ nauigii latū magis q̃ altū & a latitudie sic appellatū: sed ea cōsuetudie q̃ stlocū ꝑ locū stlitē ꝑ litē dicebāt. ℃Tyrio. muriceo. ℃Et tñ est illis hoc utile. hoc dicit. hác opū ostētationē turpis qdem secut⁹ ē exitus. q̃do & causas φ exiguæ autoritatis habeāt agere desierint: sed tñ hæc ostētatio eis cōmodo cessit. ℃Purpura uēdit causidicū. fa

Qui solet: & uexat lutulenta balnea turba
Perq; forū iuuenes lōgo ꝑmit assere medos
Empturus pueros: argentum myrrina uillas
Spondet enim tyrio stlataria purpura filo.
Et tamen hoc ipsis est utile purpura uendit
Causidicū: uēdunt amethystina cōueñt illis
Et strepitu & facie maioris uiuere census
Sed finem īpensæ non seruat prodiga roma
Vt redeāt ueteres: ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nūmos: nisi fulserit anul⁹ igēs
Respicit hoc primum q litigat: an tibi serui
Octo: decē comites post te an sit sella: togati
Ante pedes: iō conducta paulus agebat
Sardōyche: atq; iō pluris quā cossus agebat

MAN. asser. Media stlata. stlocus. Tyria purpura. amethistus. Rome uiuere. ꝑdigus. ꝑdigere octoforon. hexaforō DO. MER. Stlataria Stlotus Amethystus Octophorum VAL.

eit pluris cõducatur. ❡ Vendũt amethystia gemmæ. p amethystũ enim omnẽ debemus gemmã accipere. ❡ Strepitu lõgiore. comitum ordine ut opulentiores uideãtur. ❡ Sed finem impẽsæ non seruat pdiga roma. at dilapidatores romani in impẽsis finem sibi imponunt nullum. ❡ An post te sella. in qua assideas si libeat. antiquam & ingenuam scripturam qnidã non respicientes nũquid claudicet uersus inuerterunt an posita sella. ❡ Togati ante pedes. romani qui togam uestem gestãt. Probus. tamen togati nominatiuũ pluralẽ esse uult: ut sit sensus an togati sint tibi ante pedes q̃ litigãt q̃ te cõsulãt. ❡ Agebat: orabat. ❡ Sardonyche: gemma: quæ & sarda dicitur. Plinius. e diuerso ad hæc sarda utilissima quæ nomen cum sardonyche cõicauit ipsa gemma uulgaris & primum a sardibus reperta: hanc polycrates samiorum tyrannus fertur habuisse pulcherrimam: qui questus apud amicum de nimia fœlicitate ab eodem iussus fortunam experiri abiecto in pellagus anulo aureo in quo ea gemma erat inclusa: satis pamenti. arbitratus quod ea regale fastigiũ esset imminutum ea uoluit infelix uideri molestia: sed fœlix rursum in aliam fœlicitatem trahentibus fatis uisus est. cum is ipse anulus in præcordiis capti piscis inuentus est exitumq̃ fortunæ suæ ex ea gemma recepit: captus si quidem ab hostibus secundas patibulo commutauit: ea gemma romam postea portata concordiæ templo dicata est. ❡ Pluris agebat. in causis agendis plura consequebatur.

Quam basilus. rara in tenui facundia panno
Quando licet flentẽ basilo deducere matrẽ.
Quis bene dicentẽ basilum ferat: accipiat te
Gallia: uel potius nutricula causidicorum
Affrica: si placuit mercedẽ imponere liguæ
Declamare doces. o ferrea pectora uecti:
Cum perimit sæuos classis nũerosa tyrãnos.
Nã q̃cunq̃ sedẽs mõ legerat: hæc eadẽ stans
Perferet. atq̃ eadem cãtabit uersibus iisdem
Occidit miseros crambe repetita magistros

MAN. ❡ Rara. s. ẽ uel eẽ creditur. ❡ Basilio pauperi causidi
lachrime co. ❡ Flentem deducere matrem. solebant Causidici
quid matres uxores & liberos ante iudices producere ut la-
lachrime chrymis ad misericordiã mouerent. Vñ Ouidi. libro tertio de ponto ad uxorẽ inqt Gratia si nulla ẽ lachrymæ tibi gratia fiẽt: hac potes aut nulla pte mouere deos. Nec si tũc fletu scindent uerba nocebit. Interdũ lachrymæ põdera uocis habẽt. Sunt ãt cõmouendi affectus in p oratione: ut docet Fabius li. iiii. & sexto hinc pedianus libro tertio de pr tura urbana ubi argumẽ
Epilogi tũ accusatiõis tractat sic ait. Rephendũt hoĩs stultissi-
affectus mi. ❡ Tuliũ q̃ in filio Verris innoxiam lædat attamẽ ignorantes illum accusatoria arte puidere ne in epilogis pductis ab hortẽsio cõcilitet misericordiã. iudiciũ patri hæc illæ. Et i orõne p scauro sicidẽ Asconi⁹ ait. ipse quoq̃ scurus dixit p se ac magnope iudices mouit & squalore & lachrymis &c̃. ❡ Gallia Quintilianus de eloquentia gallica hæc: iulius florus in eloquentia galliarũ: quoniã ibi demũ exercuit eam princeps. ❡ Aphrica: idem Quinti. li. xi. scribit quod a se uisi sunt. Domitius apher & Iulius aphricanus longe præstantissimi oratores. ❡ Declamare doces. Doctorũ labores in declamatiõib⁹ ostẽdit atq̃ mercedẽ nullã præberi ab discẽtibus. ❡ O ferrea pectora uecti. o hic admirãdi ẽ atq̃ stupendi. ❡ Ferra. dura & patiẽtissima in declamandi labore. ❡ Vecti pro uectii de uectio autẽ Pli. li. xxix: capitulo primo sic ait: deinde est Vectius ualens adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus pariterq̃ eloquentiæ assectator &c̃. Ponitur autẽ hic
Declama pro quocũq̃ declamãdi magistro. ❡ Declamare doces. erat declamatio forensium actionum meditatio in
toris scholis certa quædã ponebant quæ themata dicimus inqt Fabius libro decimo. ❡ Perimit: dignos suppli-
ordo tio asserit. ❡ Classis numerosa prisci rhetores militari exẽplo declamãtes discipulos in classes distribuebant & dicẽdi ordinẽ s̃m uires ingenii dabãt & ita superiore loco quisq̃ declamabat ut præcedere profectu uidebat hinc ingens erat cõtẽtio palmæ ducere uero classem multo pulcherrimũ: nã uictor classi præponebat eratq̃. xxx. diebus in imperio deinde uicto certaminis erat potestas ut Fabius scribit. ❡ Classes numerosa discipulorum acies ac numerus. ❡ Legerat scilicet classis ipsa scribit fabius quod ipsi præceptores pri⁹ materias componebant pronuntiabantq̃ ut ad eorum exemplum discipuli se formarent. ❡ Proferet. sic legitur in antiquo textu. & ita legendum est. ❡ Versibus: idest uerbis uersus in prosa etiam dicuntur. ❡ Cram-
Crambe be. Tranquillus in libello ubi de grammaticis & oratorib⁹ scribit quum meminit de Declamatione sic ait. Veteres controuersiæ aut ex historiis trahebantur. sicut sane nonnullæ usq̃ adhuc aut ex ueritate ac re si q̃ forte recens accidisset. Itaq̃ locorum etiam appellationibus additis proponi solebãt & sic certæ collectæ editæq̃ se habent. hæc ille. placet autem quod pollicianus scribit: ut Græcum prouerbium Iuuenalis expresserit. Δὶς κράμβη θάνατος. quo significat q̃d bis posita Crãbe mors ẽ. Crãbe ãt brassice gen⁹ idq̃ expssit: ut fastidium repetitæ sæpius controuersiæ denotaret. Cum uulgo quoq̃ recalfacta brassica iam in prouerbium fastidii cõcesserit ipsius uero græci puerbii mẽtionẽ suida facit: plinius ãt libro. xx. c. xxvi. ubi brassicã
crambe in tris species diuidit. Sic ait. Tertia est proprie appellata Crambe tenuioribus foliis & simplicibus densissimisq̃ amarior sed efficacissima. ❡ Crambe repetita: idest declinatio ipsa & controuersia repetita offendit magistros uti Crambe. i. brassica recalfacta conuiuas.
DO. ❡ Delamare doces: erãt qui declamare docerent pposita cõtrouersia ex historia aut oratione. Cicero ad pturã usq̃ græce declamauit latine Senior. ❡ Vecti⁹ p pceptore quocũq̃ declamationũ hic ponit: nã ut scribit Pli. Vectius ualens adulterio messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus. pariterq̃ eloquẽtiæ assectator fuit. ❡ Classis: pars populi erat ut apud Liuiũ. Classis itẽ numerus discipulorũ q in classes distributi: ut scribit Quinti. ordinẽ dicẽdi s̃m ingenii uires seruabãt: ea nobis inquit ingens palmæ cõtẽtio: ducere uero classem multo pulcherrimum: nam uictor classi pponebatur: eratq̃ triginta diebus in imperio: deinde certaminis erat ptãs. ❡ Vecti: legas genitiuo casu dicat o q̃ patiens est uectius in eo munere. ❡ Occidit miseros cã

bre Cor. de declamationibus ita scribit. Declamationes aut ex historiis trahebant͂ sicut sane nõnullæ usq; ad huc: aut ex ueritate: ac re: si qua forte recens accidisset: itaq; locoꝝ etiã appellatõib⁹ additis proponi solebant & sic certe collectæ editæq; se habẽt. Cãbre igitur inscriptio est declamationis a loco: nã cãbre oppidũ est in theutrania Troadis: ut scribit Pli. & e ꝓxima regione est lesbos. in qua Mitylenẽ occuparũt tyrãni ut auctor est Strabo. Nigessilus & magarogilus: Alceus poeta: eos carmine est insectatus unde aureũ plectrũ hũisse dicit auctore Fabio. de tyrãnis eiectis cãbre declamatio sæpe erat repetẽda a magistris: hæc placet snia ut cõueniat cũ eo qđ dixit. Cũ perimit sæuos classis numerosa tyrannos: qđ alii a Cãbro Scythaꝝ rege cui⁹ meminit Diodorus. Cambrem declamationẽ deducũt: nulla ex parte accõmodatũ est.

¶ Quãdo licet basilo flentẽ deducere matrẽ. ꝑroni (ut Quintilianus scribit) nõ solũ dicẽdo: sed ẽt faciẽdo lachrymas mouebant: unde sæpe eos ꝓducebant: q piclitarent͂ squalidos atq; deformes: & liberos eoꝝ ac parentes: ut hoꝝ deformi & miserãdo aspectu tragœdias mouerent. ¶ Nutricula causidicoꝝ gallia: Quintilianus de eloquentia gallica hæc. Iulius florus in eloquentia galliaꝝ: qm̃ ibi demum exercuit eam princeps. ¶ Declamare doces. prisci rhetores p declamationes adolescẽtulos exercebant: quas ante Ciceronẽ (ut Seneca ait) thesis uocabãt. Mox cõtrouersias dixerũt atq; declamatiões. Est enim declamare (ut Calu⁹ dixit) lam nõ mediocriter dicere: qm̃ alteꝝ putat esse domesticæ exercitationis: alterũ hoc est dicere ueræ actionis. ¶ Classis numerosa tyrãnos: prisci rhetores militari exemplo declamantes discipulos in classes distribuebãt & dicendi ordinẽ scđm uires ingenii dabant: & ita superiore loco quisq; declamabat: ut ꝑcedere ꝓfectu uidebatur: hinc ingens erat cõtentio palmæ: ducere uero classem multo pulcherrimũ. Nã uictor classi ꝑponebatur: eratq; triginta diebus in imperio deinde uicto certaminis erat ptãs: hæc Quintilianus. ¶ Tyrãnos: frequentes hmõi erãt scholasticæ cõtrouersiæ. Tyranicidæ præmiũ qđ optaueri t dato: inde multiplex nasce-bat͂ de optione tyrãnicidæ contentio. ¶ Quæcũq; sedens modo legerat. Hæc eadem stans proferet. hunc morem magistros in scholis seruasse scribunt Seneca Quintilianus atq; philostratus: ut ipsi prius materias cõponerẽt & pronunciarẽt: ut ad eorum exemplum discipuli se formarent. ¶ Cambre repetita: materia uidetur cembre: & causa fuisse sæpius per declamantes tractata.

¶ Rara in tenui facũdia pãno: hoc dicit: impitũ uulg⁹ solos diuites existimat sapiẽtes & eloquẽtes. at q tunicas attritas hñt fatuos. ¶ Basilo: q paup fuit. ¶ Flẽtẽ mr̃em. filii sui casũ ut cæteri diuites oratores quo auditores ad misericordiã moueãt. ¶ Flentẽ deducere mr̃em. usq; ad epilogos porare in qbus maxĩe cõmouẽdæ misericordiæ loci sũt. ¶ Accipiat te gallia: eas in galliã qñ romæ locus nisi uoluptatibus nõ est. ¶ Si placet mercedẽ ĩponere: si uelis tibi mercedẽ ob eloquẽtiã dari quã in cãis exerceas. ¶ Declamare doces: ad sophistas sermonẽ uertit q declamare. i. se foro ꝑpare iuuenes in scholis docebãt: & ẽ ordo & sensus. o pectora ferrea patientissima uecti sophistæ q doces declamare cũ classis nũerosa pimit scæuos tyrãnos. i. cũ thema ꝓ positũ & defendẽdæ qõnis ps altera ꝓposita sit: utrũ qs tyrãnos ob liberãdã p̃riam ĩpune occidisse potuerit. ¶ Classis nũerosa multitudo declamãtiũ: ita. n. ueteres noiauerũt. Quintilia. nõ inutilẽ scio seruatũ eẽ a ꝑceptoribus meis morẽ q cũ pueros in classes distribuerẽt ordinẽ dicẽdi scđm uires igenii dabãt & ita supiore loco quisq; declamabat ut ꝓcedere ꝓfectũ uidebãt huius rei iudicia ꝑbebant͂: ea nobis ingẽs palmæ cõtẽtio: ducere uero classẽ multo pulcherrimũ. ¶ Sedẽs: classis. ¶ Legerat: ꝑceptori aut sedẽs legerat ꝑceptor stans discipulus. ¶ Cãtabit: uocẽ tollet. ¶ Versibus iisdẽ: iisdẽ uerbis q̃ in uersus ordine cõscripta sunt: nã is ordo uersus appellat͂. Cice. ad brutũ. Breues tuæ lr̃æ breues dico: immo nullæ: tribuisne uersiculis his tpibus brut⁹ ad me: dicti ãt uersus qa a fine ad initiũ stilũ uertimus uel ab initio ad finẽ. uel qꝫ alii a dextera parte in sinistram scæuæ: alii a sinistra ad dextram scribant. ¶ Occidit mi. cambre repe. magistros. historia uel fabula ab aliquo tũ scripta tã frequenter exponebat͂: ut prouerbium teste Probo fuerit de cambra: & anathomnibus tritum: cum nihil tam sibi fuisse cognitum significare uoluerunt.

Quis color: & qđ sit cãæ gen⁹ atq; ubi sũma
Quæstio: q̃ ueniãt diuersa pte sagittæ:
Nosse uolunt omnes: mercedẽ soluere nẽo:
Mercedẽ appellas? qđ eni scio culpa docẽtis
Scilicet arguit͂: quod læua in parte mamillæ
Nil salit arcadico iuueni cuius mihi sexta
Quaq; die miserum dirus caput ãnibal ĩplet
Quicqđ idest de quo deliberat: an petat urbẽ
A cannis: an post nimbos & fulmina cautus
Circũagat madidas a tempestate cohortes
Quãtũ uis stipularet & ꝓtinus accipe qđ do
Vt totiens illum pater audiat: ast alii sex
Et plures uno cõclamant ore sophistæ.

VAL. ℭ Piratæ cilicũ.fpoliatores uelut piratæ cilicũ.qa cilices piratæ fuerũt.ergo principes piratarꝝ cilices. nanq; rupto fœdere cũ romanis maria cũcta ad bellum nauibus:quafi tẽpeftate præcluferant. audaciã ãt perditis furiofifq; dabat latronibus inqeta mythridatis præliis afia:qui dũ fub alieni belli tumultu exteriq; regis iuidia ipune graffarenẗ:ac duce Ifidoro proximũ mare decurrentes:interq; cretã & cirenas & achaiam finumq; malcã:quẽ a fpoliorꝝ copia:& ea opima aureũ uocauerant:latrocinarenẗ. miffus Publius feruilius a romãis q eos non incruenta fupauit uictoria:ualidiffimas urbes eorꝝ & multa pda refertas phafelim & olympũ euertit.miffus poftea ad eã gentem omnino extinguẽdam põpeius claffe munitiffimus & inexpugnabilis utra-

q; ponti

ꝙ ponti & oceãi ora cõplexus ꝑ oẽs æquoris portus: sinus: latebras: recessus: ꝓmontoria. freta ẽt isulas. qcqd usq̃ piratarꝝ fuit: q̃dã occlusit i dagine oppssitq̃: deide in ciliciã ipsam originẽ fonteq̃ tãti belli classẽ oẽm cõuocauit: cuius naues hostes ipsi aduẽtare cõspiciẽtes telis oĩbus abiectis supplices sese põpeio dedidere. põpe. eos receptos lõge a mari seiũxit: & mediterraneis q̃si alligauit eqs. inde laudes põpeii ciuitas a Mediolão distans ad uigiti milia passuũ nec multo secus a placẽtia. ℂ Cõfert. cõmodi fert cũ nõ desinat aliena rapeꝛ. ℂ Cherippe. pupille. ꝙ eqs gaudeat. fictũ a poeta uerbũ q̃si q uenãdi magis uoluptates cõsectareꝛ q̃ sua obseruaret. ℂ Cũ pan. tutor tuus q romæ libitinã exercuit. ℂ Quicqd ti. nat. re. nattã ꝓ luxurioso posuit: fictũ eni uerbũ ẽ: ut apud Horatiũ. ungor oliuo. nõ quo fraudatis immũdus natta lucernis. & persiuз. Nõ pudet ad morẽ disciẽti uiuere nattæ. qdam putãt nattã fuisse quendã luxuriosum q pMmoniũ suũ ꝓdegerit & nobilitatẽ male uiuẽdo funditus sustulerit. ℂ Post oia ꝑdere naulũ. ꝓuerbiũ uetus. hoc dicit. amẽtia ẽ posteaq̃ tm̃ amiseris pMmonii: ꝙ reliquũ ẽ adhuc uelle amittere. sunt q putẽt dictũ ꝑdere naulũ qd das: ut romaз ab actus aduenias: hoc ẽ harꝝ rerꝝ. quas in ꝓuincia reddere cõpelleris: & qua s in urbẽ cõportaueris repsentare cogaris. ℂ Nec uul. er. par. dam. nõ erat q̃tuз nũc est dãni ꝙ rerũ oĩum afflueret copia: & mõ quasi mõ uicti eẽnt. ita illorꝝ diripiũt bona ut sit sensus nõ illa priora incõmoda his cõparãda sunt q accipiãt mõ uictis. tuз cũ uicti sunt. ℂ Plena domus: opibus. ℂ Sparthana chlamys. qd p̃ciosum fuit militare indumentuз: ut Iulius polideuces putat. ℂ Cõchilia coa. proper. & tenues coa ueste mouere sinus. ℂ Et cum parthasii tabu. signis. i. statuis myronis quæ oẽs insignes fuerunt artifices multorum laudibus autorum notissimi.

Inde dolebella est. atque hinc antonius. inde
Sacrilegus uerres. referebãt nauibus altis
Occulta spolia. & plures de pace triumphos
Nũc sociis iuga pauca boũ. & grex puᵒeqꝝ.
Et pater armenti capto eripietur agello
Ipsi deinde lares. si quod spectabile signum
Siqs in ædicula deus unicus. hæc eteni sunt
Pro summis nã sũt hec maxima: despicias tu
Forsitan imbelles rhodios unctãq; corynthũ

ℂ Inde dolobella ẽ. Ordo est inde dolobella est sacrilegᵘ. ℂ Atq; hinc Antoniᵘ ẽ sacrilegᵘ: inde Verres ẽ sacrilegus: ad oẽs. n. sacrilegus refert: non ad uerrẽ dũtaxat. Secᵘ. n. q sensus eẽt. ℂ Antoniᵘ. Pedianᵘ i orone cõtra. C. Antoniũ: &. L. Catilinã cõpetitores sic scribit Cliẽtẽ ãt negabit hr̃e posse. C. Antoniũ. Nã is multos in achaia spoliauerat: Nactᵘ de exercitu syllano eqtum turmas. Deiñ græci quos spoliauerat eduxerũt Antoniũ in ius ad. M. Lucullũ ꝑtorẽ q ius inter pegrinos dicebat &c. postea subdit: hũc Antoniũ Geliᵘ & Lẽtulus cẽsores sexẽnio: quo hæc dicerenꝛ senatu mouerũt: caũs q; subscripserũt: ꝙ socios diripuerit: ꝙ iudiciũ rcusauit &c. ℂ Verres. de hoc late dictũ ẽ in saty. ii. Si fur displiceat uerri. ℂ Occulta spolia: occulta ultimam ꝓducit hoc loco pp seq̃ntẽ positũ. Dixit ãt occulta spolia: qm̃ bellica spolia palã ferunꝛ nõ occulta. ℂ Plures de pace: q̃. s. de bello: pacis. n. tpe socios depredabanꝛ. ℂ Iuga pauca bouз. s. arripienꝛ a p̃fectis ꝓuinciarꝝ. ℂ Pater armẽti. i. admissarius. ℂ Ipsi deide lares. s. eripienꝛ. ℂ Lares. deos penates intelligit hoc loco: qd seq̃ntia indicãt. Et Apuleius de deo socratis scribit: ꝙ q pacato & q̃eto numine domũ possidet lar diciꝛ familiaris. de laribᵘ ãt supius latissime. ℂ Si qd. s. ẽ. ℂ Spectabile. cõspicuũ pulchrũ insigne. ℂ Signũ simulacrũ. ℂ Aedicula: ædiculã appellat loculũ ubi simulacra residẽt: hinc ẽt Apuleius lib. iii. sic ait. In ipso uero meditullio hiponæ deæ simulacrũ residẽs ædiculæ &c. quæ uerba latius repetã inferius: ubi de hiıpona diceꝛ. ℂ Deus unicus. s. ẽ. ℂ Imbelles rhodios. Rhodos insula in lycia. q̃ nauibus multo tpe mari dominata est: & piratas sustulit: & romanis amica fuit. Hæc & plura Strabo lib. xiiii. Diximus & alia in satyra. vi. ibi: hic & rhodos. & Miletos: atq; coronatũ petulãs madidũq; tarentũ. Vbi oñdit rhodi incolas luxuriæ deditos: & a uirtutibᵘ desciuisse: & ꝓpterea hoc ẽt loco imbelles rhodio dixit. ℂ Vnctãq; corinthũ. Corinthus sita erat in isthmo peloponẽsi ꝓmõtorio locupletissima qdẽ. Vbi Veneris ẽt tẽplũ adeo locupletatũ existit: ut supra mille deæ ꝓstitutas puellas caperet: quas ueneri uiri mulieresq; addixerãt: ꝓpter has igiꝛ freq̃ns i urbẽ multitudo turbaq; conueniebat: unde ciuitas mirũ in modũ ditabaꝛ. Corinthus demum ab. L. Mummio solo æquata est quare deserta diutius manens ab diuo Cæsare postea restituta ẽ: ꝓpter bonum terræ ipius ingeniũ missis eũ colonis freq̃ntibus generis libertinorꝝ &c. Hæc & plura Strabo li. viii. hæc eadẽ olim dcã ẽ Ephyre ut docet pli. lib. iiii. ℂ Vnctãq; corynthũ. Vnctã appellat pp luxum. & tot ꝓstitutas puellas ꝓpter quas. ut dictũ est frequens in urbem multitudo conueniebat. hinc ait: Despicias merito: qd. n. resinata iuuẽtus &c.

ℂ Dolobella: dolobellæ cuiusdã meminit Tacitus de quo hic nõ intelligit: Fuit itẽ Dolobella qui asiæ præfuit ꝓconsul: dãnatusq; ẽ repetundarꝝ accusante. M. Scauro: ut scribit pedianus. Alterꝝ dolobellã accusauit Cæsar: sed nõ dãnauit. ℂ Antonius: nec de Antonio cuius meminit Tacitus. nec de. M. Antonio triũuiro loquitur: neuter. n. prouinciam spoliauit: sed de Caio Antonio loquitur. de quo pedianus. hunc Antoniuз censores sexsennio q̃ hæc dicerenꝛ senatu mouerunt: causasq; subscripserunt ꝙ socios diripuerat eiusdẽ exulis meminit Strabo. ℂ Verres: cũ in sicilia prætor triẽnio fuisset: non succedente. Qu. Ario accusante Cicerone patrono siculorꝝ dãnatus est repetundarum plura apud pedianum & nos in scda satyra. ℂ Occulta pace spolia: idest opes q̃ re uera erãt spolia bellica occultata sub nomine magistratuũ. ℂ Corinthus uncta mollissima dicitur ob multas opes & emporium asiaticorum qd illic erat: ubi ut iquit Strabo mercatores bona sensim consumebant: iactato ꝓuerbio: non omnium est Corinthum nauigare erat & tẽplum Veneris locupletissimum: in quo supra ducentas puellas prostabant deæ.

ℂ Inde Dolobella. de quo dolobella intelligat dubium me facit Pedianus: apud quem sæpe repeti lego: duos fuisse dolobellas eodem tpe & prænomine & nole & cognomine. quorum alterum ex Sycilia reũ accu-

MAN. Cẽtonius Occulta spolia Lar. Aedicula Rhodos Corithᵘ. Veneris templum L. Mummius. Ephyre DOM. MER.

dolobellæ duo

sauit Cæsar:nec dãnauit:hũc & ego puto Corneliũ dolobellam:quẽ cõsularem & triũphalem a Cæsare repetundarum postulatum scribit Suetoni⁹:quo absoluto Rhodũ se cedere statuit.Fuit ãt Dolobellæ legat⁹ Verres.Alterum uero Dolobellam scaurus & accusauit & dãnauit.Hinc antonius.nõ de.M. Antonio triumuiro intelligẽdũ ẽ.sed de alio Antonio cuius meminit Cicero in actionibus in Verrẽ.hic.n.ẽ antonius dissolutissimus curator largitatis oræ maritimæ:cretæ mortuus quẽ salustius ait: perdundæ pecuniæ gẽitũ: uel de Caio Antonio cõtra quẽ & Catilina dixit Cicero. Hic cũ multos i achaia spoliasset a græcis eductus est in ius ad Lucullũ prætorẽ qui ius inter peregrinos dicebat: cũqꝫ Lucullus id qđ græci postulabãt decreuisset appellauit tribunos Antoni⁹ hũc eundẽ antoniũ Gelius: & Lentulus censores senatu mouerẽt:causasqꝫ subscripserũt: ꝙ socios diripuisset:& iudiciũ recusasset:hæc pedianus Sacrilegus Verres.per triẽnium siciliã

Oxymoron

Verres tenuit:atqꝫ fuit in ea libidinose auare crudeliterqꝫ uersatus:succedẽte tãdẽ in eadem prouicia Metello repetundarꝫ reus a siculis postulatus est. ℂ Sacrilegus:nõ solum.n. deos siculorꝫ sustulit. Vñ est illud oximoron Ciceronis.siculos iã ne deos quidẽ in suis urbibus ad quos confugerent hẽre: qđ eorꝫ simulacra sanctissima Caius Verres ex delubris sanctissimis sustulisset:sed Athenis Mineruã deli Apollinẽ Iunonẽ sami Dianã pgami:deosqꝫ tota asia.& græcia uiolauit. ℂ Aedicula.ꝓprie ubi deũ simulacra locata seruant̃ Pli. xxxvi.de Venere gnidia.Aedicula eius tota aperit̃:ut cõspici possit undiqꝫ effigies deæ. ℂ Vnctãqꝫ corynthum.pp istmia:q̃ iuxta corynthum iuuentus græciæ peruncta exercebat.unctam appellauit corynthum.

Sacrilegia Verris

ædicula

VAL.

ℂ Inde dolo.atqꝫ hic an.i bellis ciuilibus direptores. ℂ Sacrilegis uer.Ci. i hũc uerrẽ dico te maximũ pondus auri argẽti:eboris:purpuræqꝫ plurimã ueste militẽsẽ:plurima stragula:multã deliacã suppellectilẽ plurima uasa corithia:magnũ numerꝫ frumti uini mellis maximã exportasse copiã:siciliæ.n.pfect⁹ fuit:uñ hæc diripuerat. ℂ Occulta sp.pria scđi pedis syllaba natura cõrepta pp seqñtis dictõis pricipales cõsonãtes duas pducit. ℂ Et pf ar.taurꝫ dicit uel admissariũ. ℂ Specta.aspectu uẽustũ. ℂ Signũ.statua. ℂ Si qs i æd. de⁹ unicus.i.dõi ialiq̃ cellula:ita Plaut⁹ i epidico.duce istãc mulierẽ itro cõcludi uolo:atqꝫ audi:qđ uis: Caue sis cũ filia mea copulari hãc:neqꝫ cõspicer̃:iã tenes i ædiculã istæc seorsũ:diuertũt mores uirginũ eæ lupæ lõgæ ℂ Hæc etenim sunt pro sẽmis cũ sint iopes. ℂ Imbelles rhodios.ñ mirꝫ si despicias qa imbelles. ℂ Vnctã unguentis pfusam asiæ ciuitatẽ omnibus uoluptatibus delibutã. ℂ Quid resinata iuuẽtus cruraqꝫ totius faciẽt tibi leuia gentis.pilos corpore rhesina ueteres cõuellebãt.Pli. rhesina ois dissoluit̃ oleo qđã & creta fuliginariũ hoc fieri arbitrãt̃:pudetqꝫ cõfiteri maximũ iã honorẽ ei⁹ eẽ i euellẽdis e uirorꝫ corporibus pilis.

MAN. Resina

ℂ Resinata.Pli.li.xiiii.scribit ex arboribus qbusdam resinã defluere.i.liquorẽ quẽdã:& oleo dissolui. Inde ait.pudetqꝫ cõfiteri maximũ iã honorẽ eius eẽ in euellendis ab uirorꝫ corporib⁹ pilis. ℂ Resinata.depilata. ℂ Horrida uitanda est hispania:hoc ait:qm̃ est graui⁹ spoliari fortunis q̃ nõ augeri dignitate. ut Cice.scrib. pro plantio. ℂ Horrida hispania:sunt in hispania Calleci populi nouissimi mõtana habitãtes:ut plurimum Vnde & bellacissimi & subiugatu difficillimi.Est & lusitania inter hispanos gens amplissima:& annis plurimis romanorꝫ armis oppugnata.Cunqꝫ Celtiberi ipsi quadrifariam partiti sint fortissimi ad ortũ ac meridiem sunt Vraci ad carpentanos pertinentes.fontesꝗ tagi.Eorum nobiliss.ma ciuitas erat Numantia:quæ in bello Celtiberico:quod aduersus romanũ populũ gestum ẽ uirtutẽ propriã ostẽtauit quod uicesimũ perdurauit ad annum.Cõplures.n.exercitus cũ impatorib⁹ ad internitionẽ detracti.Nouissime aũt Numãtini obsidione cincti diuturna patiẽtia tolerarũt.paucis dũtaxat exceptis:q cedentes murũ dediderũt.Hæc & plura Strabo lib.iii.Merito igit̃ horrida uitãda ẽ hispania Iuuenalis ait. ℂ Gallicus axis.celtogallia quæ & gallia dicit̃.in quattuor diuisa ẽ regiones.s. aquitaniã lugdunensem:Belgicam & Narbonensem.auctor ẽ Ptolemæus li.ii.Strabo ãt lib.iiii.sic ait.Vniuersa uero natio quã hæc ætas gallicã uel Gallaicã nominat martis studio:& aiorũ ardet impetu:conserendæ pugnæ alacritate impigra.

Calleci

Lusitania

Celtiberi

Nũantia

Celto. gallia.

Gallia. aqtania.

Despicias merito nã quid resinata iuuentus
Cruraque totius facient tibi leuia gentis
Horrida uitanda est hispania gallicus axis.
Illyricumque latus parce & messoribus illis
Qui saturant urbem:circo scænæqꝫ uacantẽ
Quãta aũt inde feres tam diræ p̃mia culpæ.
Cum tenues nuper marius discinxerit afros
Curandum in primis ne magna iniuria fiat:
Fortib⁹ & miseris:tollas licet oẽ qđ usquã ẽ
Auri:atqꝫ argẽti:scutũ gladiũqꝫ relinquas.
Et iacula:& galeã spoliatis arma supersunt
Quod modo proposui nõ est snia uerum
Credite me uobis folium recitare sibyllæ
Si tibi sãcta cohors comitũ si nemo tribunal
Vendit acersecomes:si nullũ i cõiuge crimẽ
Nec p cõuent⁹:nec cũcta p oppida curuis
Vnguib⁹ ille parat nũmos raptura celeno
Tunc licet a pico numeres genus altaqꝫ si te
Nomina delectãt;omnem titanida pugnam

ℂ Gallicus axis.Gallica regio.dixit aũt axis qm̃ ipsius Galliæ præsertim lugdunẽsis latus septentrionẽ aspicit iuxta britannicũ oceanũ:qđ idẽ Ptolæme⁹ lib.ii. edocet.Et Strabo lib.iiii.ait:ꝙ aquitanos nũcupabãt:qui ad septentrionalẽ pyrenes ptem hitant usqꝫ ad oceanũ. ℂ Illyricũqꝫ latus: adriatici lat⁹ Illyris occupãt inquit Mela. ℂ Messoribus illis.aphros intelligit.scribit enim Pli.li.v.in aphrica regionẽ esse ccl.M.passuum per circuitum fertilitatis eximiæ:cũ centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. ℂ Circo.i.ludis & spectaculis.per quod urbis molliciem ostendit:prouinciales laudans ex laborib⁹ & cura. ℂ Inde:a prouincia.scilicet aphricæ. ℂ Tenues.pauperes. ℂ Marius.Priscus.s.de quo ibi: Exul ab octaua Marius bibit. ℂ Discinxerit.usqꝫ ad zonam prædatus fuerit. ℂ Relinquens.poterunt ergo ulcisci:& iniuriis ac-

Illyris

aphricæ Fertilitas

ceptis

ceptis ab romanis deficiēt. ¶ Sententia. teste Prisciano ex hermogene: Sententia ē oratio generalē pronūciationē habens hortās aliquā rem uel deterrens. i. dehortans. Vel demōstrans quale sit aliquid. Fabius uero li. viii. scri. ꝙ sniam ueteres qd aio sensissēt uocauerūt. Cic. li. iiii. ad herēniū ait. Snia ē oro sūpta de uita: q aut qd sit: aut qd eē oporteat i uita breuit ōndit hoc mō. liber is ē existimād': q nulli turpitudini fuit. ¶ Folium sibylle. i. uaticiniū & oraculū quoddā. Sibylla. n. Cumana: in palmaꝝ foliis notas scribebat. Verg. foliisꝙ notas: & noia mandat. ¶ Si tibi. s. est. ¶ Tribunal. i. tua iudicia. ¶ Vēdit. alicui. s. e litigātib⁹. ¶ Acersecomes: capillatus interpretat. ab α quod ē sine. & κείρω tondeo quasi sine tōsura comaꝝ. Eius aūt uerbi futurū ꝑm æoles ē κερσω & κομη coma. Inde acersecomes intonsus comā & capillatus. quales pueros ꝑfecti prouintiaꝝ in delitiis habebāt eorū nutu iudicia uendentes: qui similiter uxorū arbitrio multa administrabāt. ¶ In coniuge. s. ē. ¶ Crimen. auaritiæ. s. uxores enim præsidiū prouinciaꝝ sæpe auaritia notatæ sunt. Mar. libro scdo. Gentibus in libycis uxor tua Galle male audit. Immodicæ fœdo crimē auaritiæ. ¶ Per cōuentus. i. per regiones prouinciæ. Vnde Pli. lib. iii. de hispania Citeriore ait: Nūc uniuersam ꝓuinciā diuiditur in cōuētus septē Carthaginensem: Tarraconensem: Cæsaraugustanum: Cluniensem: Asturū. Lucēse Bracaꝝ. ¶ Celæno. uxor tua. tanꝗ Celæno & harpya rapax. κελαινὸς aūt niger interpretat. ¶ Apico. generis nobilitatē ostēdit: Vergilium secutus: q genus latini cōmendans sic ait. lib. vii. hunc fauno & nympha genitū laurente marica Accipimus: fauno Picus pater: isꝙ parentem. Te Saturne refert tu sanguinis ultimus auctor. ¶ Titanida pugnam inter maiores. s. tuos: quasi illi fuerint debellatores titanum & gigantum atꝙ promethei: sicuti Iuppiter & alia numina. Seu inter maiores tuos: Titanas & gigantas & prometheum fuisse dicas: qui quidem contra deos pugnarunt: tanquam magnanimi.

Marginalia: acersecomes; cæro; Cōuētus hispaniæ; Celæno; Picus rex

¶ Resinata. i. expilata. Plinius de resina. pudetꝙ cōfiteri iā maximū honorē eius in euellēdis uirorū corporib⁹ pilis Martia. Resina ueneto nec resecare luto. ¶ Gallicus axis. i. gallia. nā in his locis Othōis Vitelli & Vespasiani tēporibus tumultus armorū fuerunt. ¶ Messoribus istis. aphros intelligit: unde annona in urbē mittebat. ¶ Vacātē Scæne. i. si sunt irritādi aphri ne arma aduersus nos moueāt: q imbelles sumus & in ludis desidemus. eoꝝ laboribus uictū pcipiētes alii de sabinis intellexerūt sed rediculū id eē ostēdit. qd statim addit. Cum tenuis nuꝑ Marius discinxerit aphros relinques iacula & galeam qbus poterunt se ulcisci. ¶ Credite me uobis cōiungendum est cum supioribus: nā ex iniuriis illatis sociis uaticinatur eoꝝ defectionem ab imperio romano. ¶ Acersecōes: acersecomes nomē a Iuue. fictum ita ut barbarum itelligatur: nā libertum intelligit ut Syꝝ. Capadocem. Armenium. Liberti. n. apud prouinciaꝝ ꝑfectos tm̄ gratia ualebant aliqdo. ut res æquas & inquas precio uenderent: ut statius apud. Q. Ciceronis fratrem. ¶ Nemo cersecomes. idest nullus libertus barbarus gratiosus apud te. ¶ Tribunal. i. sñias & iudicia tua. ¶ Vendit. s. ptibus litigātibus. ¶ In coniuge crimen: nā uxores ꝑfectoꝝ auaritia sæpe notatæ sūt de Mar. Gentibus in libicis uxor tua galle male audit Immodice fœdo crimine auaritiæ. ¶ Celeno. i. tanꝗ altera celeno harpya

Marginalia: DOM.

¶ Resinata. Plinius arborum: ex quibus amat succus: aliæ picem: aliæ resinam mittunt. Sed Resinæ maximus iam honor erat in euellendis e uirorum corporibus pilis. Ergo resinata uulsa & cuius crura depilia sūt. ¶ Messoribus illis. aphros significat: quos simul & gallos atque illyricos uitandos esse ait. ¶ Saturant urbem. ex Aphrica frumenta Romam uehebantur: de quibus Martialis: Tercentum libyci modios de messe coloni Sume: suburbanus ne moriatur ager. Lucanus item ex Sicilia Sardinia & libya horrea Romana compleri scribit. ¶ Cum tenuis nuper Marius discinxerit aphros. hic est ille marius priscus de quo & supra dixit exul ab octaua marius bibit. ¶ Discinxerit: ꝓprie de aphris Virgi. Discinctos mulciber aphros. ¶ Folium recitare sibyllæ. i foliis sortes & oracula sibylla dabat. Virgilius foliisꝙ notas & nomina mādat. ¶ Vēdit acersecomes. capillat⁹ interꝑtat: & græca ē cōpositio. Fit aūt ab a priuatiua. & κείρω: qd ē tōdeo. cui⁹ futurum secundū æoles ē κερσω: & coma: inde acersecomes intonsus comā & capillatus: qd genus puerorum sæpe præsides ꝓuinciaꝝ in deliciis habuere eoꝝ nutu iudicia uendētes: similiter uxorū arbitrio multa administrabāt. ¶ Per cōuentus hac in parte loca significat: ubi a magistratibus iudicii gratia populi ꝓuinciæ cōgregabant. Erāt enim in prouinciis statuti cōuentus per rectores earū ad iudicia facienda. Vnde Cice. pro ligaria. Veniebat is in Aphricā ꝓuinciam unā ex omnibus huic uictoriæ maxime infestam: in qua rex erat potentissimus inimicus huic causæ aliena uolūtas cōuētus firmi atꝙ magni: Et Pli. de hispania citerior nūc uniuersa ꝓuincia diuidit: in cōuētus septē: & paulo infra: nūc p singulos cōuētus reddent insignia. Quint. affirmat cōuent⁹ latine esse: quæ græce panegyricus sermo: qui in cōuentibus agereē. ¶ Celeno: una harpiarū: quæ auaræ & rapaces fingunt a poetis: sed hac in parte auaritiā ꝓcuratoris significat. ¶ Picus q primus rex ab originū fuit: de quo Virg. Fauno picus pater: isꝙ paretē te saturne refert: Tu sanguinis ultimus auctor. ¶ Omnē titanida pugnā. Titanes primi terrā incoluerunt: atꝙ regnauerunt (auctore Lactantio). ¶ Leuia. glabratra. ¶ Horrida. bello aspa. ¶ Gallic⁹ axis. ob multitudinē. ¶ Illiricūꝙ lat⁹. ob ferociā. messorib⁹ tritico abūdātib⁹ q rōanoꝝ hñt horrea. ¶ Circo scæ. uacantē i āphitheatro recitātes audiētē ex quo romāi populi tū ibelliā: tū luxuriā idicat & iertiā dānat. ¶ Quāta: ac si dicat pauca. ¶ Tenues. paupes. ¶ Marius. priscus. ¶ Discinxerit. nudauerit. discinctū ēt negligētē & socordē ueteres dixerūt. Hora. discinct⁹ aut perdā nepos sicut ecōtrario cinctutū prudētē. Hora. cinctutis nō exaudita cethegis. ¶ Quod mō ꝓposui ñ est snia. sentētia inqt Quintil. ueteres ꝙ aio sensissent uocauerūt. idꝙ cū apud oratores frequentissimū sit tn̄ etiam in usu quottidiano quasdā reliqas habetut iuraturi ex animi nostri sentētia & gratulantes ex sentētia dicamus: erit ergo sensus. nō ē sentētia. i. mea hæc opinio. ē ēt sententia oratio generalē ꝓnunciationē habēs quæ uel hortat uel dehortat uel demōstrat: ut nil metuāt q nō deliqrunt. pœnas semp añ oculos uersari putent q peccauerūt: ut sit inde sensus nō ē sentētia quā exornādæ locutiōis causa ꝓtulisset. ¶ Credite me uo-

Marginalia: MER. Resina; Libya; Marius; acersecomes; cōuentus; panegyris; Titanes; VAL.

bis foliũ recitare sibyllæ.diuã mẽtẽ sibyllæ responsa siqdẽ in foliis sæpe sibylla respondebat. Virgilius foliis ne carmina mãda. ℂ Si nemo tribunal uẽdit acersecomes.i.criminis puer in tuis deditiis.est uero hoc apollinis epytheton.pindarus in pythiis αλλονα ινησεν γαλον κρυβλαν παρὸσ προσταν ακερσεκο μη μοιμειε γφοιβω.& Homerus in hymno ad apollinẽ.φοιβοσ ακερσεκομιω εκατηβολος & uigesimo iliados φοιβοσ ακερσεκομησ αρτεμιδ ιοχεαιρα ita dictus quasi ο μηκε ιρομενοσ τηνκομινα φ lõge pspiciens radios lõgã habere comã uidebat. ℂ Nũmos raptura a celeno. si uxor tua nõ rapiat qcq:ut harpyia.una siqdẽ harpyiarũ celeno ẽ apud Virgiliũ:licet hesiodus in theogonia aello & ocypetẽ tm noiarit. Home.uero podargẽ credit tertiã uoluisse cũ iqt τουσετεκεζεφυρω ανεμω αρπυια ποδαργη ℂ Tũc licet ut genus tuũ extollas.cũ hæc habueris. ℂ A pico.q fauni fuit:pater q fabulose a saga qdã i sui nois auẽ cõuersus fert. ℂ Omnẽ titanida pugnã.hoc ẽ titanas ipsos inter tuos annumeres qui bellũ ioui dicuntur intulisse notissima fabula est.titanida pro titaniam patronymicum pro possessiuo.

Inter maiores:ipsũque promethea pones:
De quocũq uoles proauũ tibi sumito libro
Quod si præcipitẽ rapit ambit⁹ atq libido:
Si frangis uirgas sociorũ in sanguine:si te
Delectant hebetes lasso lictore secures:
Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas claraq facem præferre pudendis
Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet:quãto maior q peccat habet
Quo mihi te solitum falsas signare tabellas
In templis:quæ fecit auus? statuãq parentis
Ante triũphalẽ?quo?si nocturnus adulter
Tempora sãtonico uelas adoperta cucullo
Præter maiorum cineres:atq ossa uolucri
Carpẽto rapitur pinguis damasippus & ipse
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul
Nocte quidẽ:sed luna uidet:sed sidera testes
Intendunt oculos:finitum tempus honoris
Cum fuerit clara damasipp⁹ luce flagellum
Sumet:& occursum nusq trepidabit amici
Iã senis:ac uirga prior innuet atq maniplos
Soluet:& infundet iumentis ordea lassis:
Interea dum lanatas:toruumque iuuencum
More nũæ cædit iouis añ altaria:iurat
Solã hiponã & facies olida ad psepia pictas
Sed cũ peruigiles placet instaurare popinas

MAN. ℂ Proauum:aui pater proauus dicit: quasi ppe auũ pauus Graduũ autẽ ordo talis ẽ.pater auus proauus.abau⁹.atauus.Tritauus:Sic etiã nepos:abnepos atnepos:trinepos:ut habet in institutionibus lib.iii.de gradibus. ℂ Præcipitem.pnum & temere pperantẽ. ℂ Ambi-
Ambitio' tus.i.affectes ambitionis:pprie tamen ambitio in ani-
ambitus mo est:ambitus in actu:Nã qui pter modũ cupit aut honores:aut laudẽ ambitiõe peccat.Qui uero dilargitur pecuniam:aut populo muneribus laudibusq blãditur:aut cæteris artibus:quæ legitimæ nõ sunt ad publicos honores tendit.ambitũ cõmittit. ℂ Cuius simi-
Symonia lis ẽ:quã hodie symoniã uocãt a Simone mago.Hæc autẽ omnia quæ ambitus facit. Ambitio facere cõpellit. ℂ Libido.cupiditas effrenata Tullius lib.iiii.tusc.
Volũtas sic ait. Voluntas ẽ:quæ quid cũ ratiõe desiderat.Quæ autẽ ad aduersus rationẽ incitata est uehementius. ea
Libido libido ẽ:uel cupiditas effrenata:quæ in omnib⁹ stultis inuenit. ℂ Sociorũ in sanguine. a sæuitia damnat nũc puinciarũ psectos. ℂ Virgas:fasces littorũ intelligit.de qb⁹ supra. ℂ Hebetes.obtusas nimia sociorũ cedẽ. ℂ Parentum.parẽs uulgo pater aut mater appel-
Parens lat:sed uiri prudentes auos & pauos:auias & pauias parentum nomine appellari dicunt auctor est Festus. Omne animi uitiũ:Isidorus etiã inquit: Quanto splẽdoris honore celsior qsq est.tanto si delinquat peccato maior ẽ.Itẽ peccata quæ incipientibus leuia sunt pfectis uiris grauia reputant.tãto.n. maius cognoscit eẽ peccatũ:quãto maior ẽ qui peccat habet:Crescit.n delicti cumulus iuxta ordinẽ meritorũ & sæpe qd minoribus ignoscit maioribs iputat.Hæc illæ. ℂ Vitiũ.
Vitium prauitates animi recte uitia dicuntur: ut inquit Cicero in pad. ℂ Conspectius. apertius clarius. ℂ Pec-
Peccat cat peccare est tanq transire lineas peccare certe licet nemini.auctor idẽ i parad. ℂ Quo:quomõ. ℂ Mihi te supple iactas. ℂ Tabellas testamẽtorũ.s. Quo quo pacto inq te iactas mihi tu qui nobili natus genere ui-
Santones tiosissimus es. ℂ Santonico cucullo sanctiões populi
Aqtania sunt in aquitania ad oceanum spectantes: Aquitania tamen i gallia trãsalpina est de qua multa Strabo libro quarto hinc Tibullus ait. Et oceani littora sanctonici.hoc autem tegmen bardocucullus aliter dicitur Martialis libro decimoquarto. Gallia sanctanico uestit te bardocucullo. Cercopithecorum penula nuper
Dama erat. ℂ Præter maiorũ cineres.i.in uia flaminia atq latina. Nobiles autẽ arguit sub nomie Damasippi:quos
sippus turpia ministeria exercere nõ pudet. ℂ Carpẽto:uehiculo. ℂ Pinguis supbus nobilitate & tumidus:uel ei⁹
Suflamẽ incõtinẽtiã lux⁹oñdit. ℂ Damasipp⁹:domitor equorũ interptat. ℂ Strigit:cõstrigit. ℂ Sufflamie:sufflamẽ
Numesa dr illd:qd rote opponit.ne recurrat oppositio auctore.P. ℂ Maniplos: fœni.s. ℂ Lanatas.i.oues. ℂ More numæ hoc ait: qm teste Liuio Numa p.pluria sacra obibat:ea maxime q liuii tpe ad dialẽ flaminẽ ptinebãt
Hippona ℂ Hiponã equorũ. stabulorũq deã.ab hipos.quod ẽ equus. Apuleius li.iii.de asino aureo sic ait. Respicio pilæ mediæ:quæ stabuli trabes sustinebat.In ipso uero meditullio hipponæ deæ simulacrũ residẽs aediculæ
Olida quod acurate corollis roseis eqdẽ recẽtib⁹fuerat ornatũ. ℂ Olida:putrida quasi olita.d.pro t. ℂ Sed cũ pui-
Amomũ giles:hic Damasippũ arguit luxuriæ ac gulæ & icõtinẽtiæ. ℂ Placet:Damasippo. ℂ Peruigiles: ubi tota nocte uigilat. ℂ Popinas:caupõas. ℂ Instaurar.repetere.

DOM. ℂ In sanguine sociorũ.i.si te delectat crudelitas. ℂ Secures hebetes.i.hebetatæ sanguine cæsorũ. ℂ Stare cõtra te.

tra te.i.nobilitas tua tibi nocet nā facit ut facilius tua scelera cognoscātur. ℂ Conspectius crimē.i.oē scelus tāto a pluribꝰ uidetur & accusatur q̄to ē nobilior & illustrior qui peccat:nā nobilitas facit ut a pluribꝰ cognoscatur. ℂ Quæ fecit auus:nō de rubelio itelligit de quo iā est dictū:sed de oibus posteris. ℂ Præter maiorū cineres:reprehēsio ē eorū qui a claris maioribus oriūdi ad turpia aliquādo ministeria descenderūt ut multi tēporibus neróis:qui aurigare didicerūt in pricipis gratiā qui eodē tenebat̃ studio: & quāuis i Neróis tēpora excandescere uideatur.tñ p hæc ostēdit oēm nobilitatē scenicis artibus & ministeriis cōtaminatam esse. ℂ Damasippus:nomē fictū ab equorū studio. ℂ Cineres maiorū id ē i uia flaminia & latina ubi sūt sepulti eiꝰ maiores. ℂ Sufflamē:dr̃ quod opponit̃ rotæ ne excat aut recurrat.alibi a similitudie sufflamē dixit p ambitu:nec res atteritur lōgo sufflamie litis. ℂ Sed luna uidet id ē nō deberet id minus uereri i occulto quā in publico. ℂ Hordea iumētis lassis:hordea primū data sūt iumētis ut scribit pliniꝰ postea ex his factus pāis:deniq; excogitata ptisana. ℂ More nūæ:q docuit molā ifūdi:ut scribit dionysiꝰ & alii. ℂ Sed dū puigiles popinæ loca erāt desidiæ & luxuriæ apparata:nā ungebāt̃ illic genio idulgētes:multorūq; opes absūebāt̃. Salustiꝰ i historiis obiicit iuuētuti rōanæ q; popias freq̄nter. Luciliꝰ:idē isectatur. Mar. Siriscū deridet:q multa sestertia i selariolis popinis cōsūpserit:Idē carpit nūc i hoibꝰ suoꝝ tēporū Iuuenalis. ℂ Instaurare.i.repetere. ℂ Peruigiles.i.noctu dieq; patentes:propter multitudinem confluentem

ℂ Ipsum promethea:q secūdū fabulas hominē primū formauit. ℂ Tēpora sātōico uelas adopta cucullo. hoc uelamē Bardacuculliꝰ aliter dicit̃. Martialis Gallia sātonico uestit de bradacucullo. Cercopithecoꝝ penula nup erat. ℂ Sātōico.a sādōibus populis aqtaniæ a qbꝰ dixit Tibullus. Et oceani littora sātonici. ℂ Damasippus:equorū domitor interp̄tat̃:quo noie:siue uero:siue ficto utit̃ etiā in Satyra Hortatius. ℂ Multo sufflamie. sufflamē retinaculū quo decurrēs rotha inhibetur.uñ & participiū sufflaminādus formauit Augustus (auctore seneca) Nā de Mario declamatore:q solus oium Rōanoꝝ i linguā latinā trāstulerat græcā facultatē:tātaq; illi fuerat oratiōis uelocitas ut uitiū fieret:diuus Augustus optie dixit:Acheriꝰ noster sufflaminādus ē:adeo ñ currere:sed decurrere uideat̃. ℂ More numæ:p cōstitutiōe Numæ:q secūdus a Rōulo ferocē & bellicosū populū ad religiones trāstulit. ℂ Iurat solā hipponā.dea erat hippona:q̄ stabularii maxime colebāt:cuiusq; effigies in stabulis locabatur. Apuleius i.ii.metamorphoseos. Respicio pilæ medio:quæ stabuli trabes sustinebat:In ipso uero meditullio hipponæ deæ simulacrū residens ædiculæ:qd accurate corollis roseis eqdem recentibus fuerat ornatum. ℂ Instaurare popias.popina locus ubi delicatiores cibi apparabātur:atq; uendebantur Horatius in epistolis. Fornix tibi & uncta popina icutiunt urbis desiderium. ℂ Peruigiles. in quibus tota nocte peruigilaretur.

MER. Bardacucullus sufflamē sufflaminandus Hippō Apuleiꝰ popina

ℂ Ipsum promethea ponas.qui ignem primus celesti surripuisse domo:ut ait Hor. fingitur:qui in caucaso postea ligatus mōte uultures iecore pauisse suo dicitur.de qua æschili tragœdia nobilis ē.hic clymenæ & iapeti filius duos de trigita fratres:ut pclus scribit:fingit̃ habuisse licet alii solos epimethea atlāta & mœnetiū putēt. ℂ Hebe.la.lictore secures hebetes subtusæ sæpe feriendo. ℂ Lictore. mistro populi quē a licio uel alio deductum tyro scribit:alii aūt a ligādo: ut Marcellus & Aulus Gellius. ℂ Contra te stare.ut illorū mentiri uideare pgeniē. ℂ Claraq; faciē.ut sis illustrior ac oibus notior. ℂ Omne animi uitium.hinc illud uulgatū.Ois hō crimē tanto cōspectius i se. Quāto q peccat maior habetur:habet:nā sicut generis turpitudo opprobrio multis fuit:ita quosdā claritas ipa notiores circa uitia fecit. ℂ Falsas signat̃ obsignat̃. ℂ Quæ subaudi tēpla. ℂ Quo q̄ fiducia:q fretus laude. ℂ Tpa pānonico.qdam hñt codices.multi uero santóico cucullo sātōico a populo aqtáico q sātōis nomē hēt. Pli.aqtāiæ sūt āpulatri anagñites pictões sāctões:nisi qd Probus interpretatur sātonico cucullo galero fusco & horrido ardeliūculo q̄les sūt latrūculorū aut ex lucerna turpi intíncto. ℂ Carpēto curru. ℂ Rotā stringit.cohibet ne pcurrere labiq; queat. ℂ Multo sufflamie. multo anhelitu:aut retinaculo.sufflamē eni inq̄t Probus illud machinæ genus ē quo i catabatmo hoc est in descēsu uel pcursu nimio rota solet retineri:nā flamē genere masculino sacerdos & neutro uoci ducta foramia musicoꝝ istrumētoꝝ. Hor. Cur berecynthiæ cessant flāina tybiæ: ℂ Sed.lu.ui.ut numē.aut uidēdum ōndit. ℂ Virga pri.i.salutabit nedū eiꝰ occursū nō metuet. ℂ Atq; ma.sol.unde māiplaris miles. Oui. Illa q dē fœno sederat reuerētia fœno. Quātū nūc aqlas cernis hr̃e tuas Pertica suspēsos portabat lōge māiplos. Inde māiplaris noia miles hēt. ℂ Lanatas.i.oues. ℂ Toruāq; iu.q uetustissimi codices hñt rursusq; iuuēcū. ℂ More numæ.regis romanorum sed ironicos. ℂ Solā hipponā.mulionū deā. ℂ Olida fœtida. ℂ Popinas. culinas. Hora. fornix tibi & uncta popina incutiunt urbis desiderium:inde popino nomen.

VAL.

Obuius assiduo syrophœnix udus amomo
Currit:idumææ syrophœnix incola portæ.
Hospitis affectu dominum regemq; salutat.
Et cum uenali cyane succincta lagæna
Defensor culpæ dicet mihi: fecimus & nos
Hæc iuuenes. esto:desisti nempe: nec ultra
Fouisti errorē:breue sit qd̃ turpiter audes
Quædā cū prima resecentur crimina barba.
Induige ueniam pueris:damasippus ad illos

ℂ Obuiꝰ. Damasippo.s. ℂ Syrophœnix: unguētarii nomē.qsi ex syria & phœnicia oriundus. ℂ Amomo: amomi uua in usu est.nascit̃ i armenia:i media in pōto plura pli.li.xii.& Dyascorides:& nos latius in buc. æglogа tertia: ℂ Currit a popinis.s. ℂ Syrophœnix inquā supple. ℂ Idumææ portæ:per quam .s. Vespasianus & Titus de iudæis triumpharūt. Idumæa autē pars ē syriæ iuxta iudæā teste plinio .li.v. De idumæa & palmis Idumæis plurima diximus lib.iii.g.ibi:primꝰ idumæás referam tibi mātua palmas. ℂ Hospitis affectu,desiderio hospitis. hoc est ut hospitē recipiat lucrandi causa. ℂ Et Cyane:popiaria illa:supple currit uel salutat &c. ℂ Venali quā uēdere cupit. ℂ Suc

MAN. Amomū Idumea

Thermarum calices:inscriptaq; lintea uadit
Maturus bello armeniæ syriæque tuendis
Amnib⁹: & rhēo atq; histro pstare nerone
Securum ualet hæc ætas. mitte hostia cæsar
Mitte. sed in magna legatum quære popina

cinta suffulta ut sit expeditior ad ministrandū. ¶ Defensor. aliqs.s.culpæ h⁹. ¶ Desisti p desisti. ¶ Nec ultra s.iuuētā. ¶ Fouisti:secut⁹ ē. ¶ Maturus:apt⁹:a pomis metaphora. ¶ Bello armeniæ. tēporibus neronis bellū in armenia gerebat p domitiū Corbulonē:ut tacitus scri. ¶ Syriæ amnib⁹. Euphrates & horōtes ibi in

Rhenus sunt. ¶ Rheno atq; istro. Rhenus & ister q etiā danu-

Ister bius dicit:Germaniā oēm a gallis:Rhetiisq; & panno-

Danubi⁹ niis separāt. Vt scribit tacitus. ¶ Neronē:impatorē p quo nūc ipsum Domitianū intelligere possumus:dixit eni superius sat.iiii.& caluo seruiret roma neroni. ¶ Securū:sine cura:& tutū a bellis. ¶ Hæc ætas:in q.s. est Damasippus: ¶ Mitte hostia.pro dimitte. haud enim ibi inueniret Damasippus. Vel mitte hostia .i. ad hostia: Mitte autē naues supplendū. ¶ Hostia:exitus tyberis in mare tyrrhenū hic intelligit. ¶ Legatū. Da

nauarch⁹ masippū scilicet. intelligit autē ναύαρχος. nauarchus:pfectus:uel classis ductor. ¶ Popina:copona.

DOM. ¶ Syrophœnix:nomē ppriū ē unguētarii:ita fictū qd ex Syria & phœnicia ūguēta mittebāt. Nicerotes unguētarius:cuius meīnit Labetius Syrus fuit. ¶ Vd⁹.i.pfluēs undiq;. ¶ Amomo .i. pixidibus Amomi & unguēti. ¶ Currit:uenit ut accipiat nobilē uenientē:quē salutat blādiēs ei. ¶ Idumeæ:idumea i Syria ut scribit Plinius. A meridie cōtermina Arabiæ a septētriōe uero phœniciæ a q Libanus eā diuidit. Idumeā portā appellat p quā triūpharūt Vespasianus & Titus de iudeis.& fortasse arcū triūphalē Titi intelligit: iuxta quē erāt popinæ. ¶ Cyāæ nomē propriū mulieris popiniariæ eiusdē nois in Sicilia nympha cōuersa i fōtē: de q Ouidius:alia flumis:alia Menādri:Filia mater Cauni & Biblidis. ¶ Succincta:nā ministrat aduenientibus. ¶ Venali lagena.i.uino uenali ut ostēdat illic hoies & ungi & potare. ¶ Inscripta litea.i.sudaria thermaꝝ:nā erāt ita appellata a uaria textura q inscripta uidebant. Catullus Sudariūq; setabū cathagraphōq; linō.i.inscriptū linteū. ¶ Armēiæq;:nā armenia infesta fuit Neroni uario tumultu donec Tyridatē illius regē in urbē accersiuit ut ē apud Tranqllū:finitima ē cappadociæ:sortita nom ab armeno Iasonis comite. ¶ Rheno atq; istro.i.teutōibus & batauis populis q in Rheno sunt & sæpe arma mouent. ¶ Istro.idest dacis coercendis qui Istrum accolunt:& infensi sunt nomini romano. ¶ Sandapillaꝝ:sandapila feretrū populare & uilissimoꝝ hoium ut in Domitiano oñdit Tranqllus.

MER. ¶ Syrophēix ud⁹am. Syrophenica aliquē hic itelligit popinaꝝ pfectū atq; unguētis delibutū. ¶ Idumeæ

Syrophenix incola portæ:q subtilius diuidūt Syriā circa Euphratē Syriā phenicē uolūt:& eē orā maritimā Syriæ:cuius pars sit idumea:& Iudæa:deinde phenicē:deinde Syriā. Ergo secūdū fines regionū syrophenix erit incola

Idume portæ idumeæ. Est sane idume Syriæ pars palestinæ cōtermina:olim palmis fertilis:de q Virgilius. Primus idumæas referā tibi Mātua palpas. Et Lucanus:Et arbusto palmarū diues idume. ¶ Venali lagena uinariā forsan lagenā accipe possum⁹:de q Martialis. Spoletina bibis uel marsis cōdita cellis Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ. ¶ Maturus bello armeniæ:tēporibus Neronis bellū in Armēia gerebat p Domitiū corbulonem: Vt apud Plinium legimus & Corneliū. ¶ Amnibus Syriæ. Eufrate uel oronte. ¶ Rheno. ad sū mouendos germanos & batauiorum gentem compescendam.

VAL. ¶ Obuius.ingredienti tabernā. ¶ Vdus amo. psusus unguē hoc dicit:damasippo occurret caupo q prope portā hitat:aut unguētariū dicit. ¶ Idumææ. sy.&o.por.portæ oriētalis q syri romā igrediūt. idumæa gēs ē q & nabatæa de q Aug. in septuagesimoprio psalmo:ubi inqt dauid cū eēt ī deserto idumææ. idumæa gēs erat qdā errātiū hoium ubi idola colebant. ¶ Incola portæ. sicut inqlini sunt q nō hēnt ppriā domū ita incolæ aduenæ & aduentii phibent: inde ī sacris libris incolatus meus plōgatus est. ¶ Hospitis affectu. q eū alias accepit hospitio. aut q cū cupiat salutat regē & dominū. sūt q dicāt affectu hospitis nerōis salutari regē & dñm damasippū q neronem suscepit hospitio. ¶ Cyanæ. p qlibet popinatrice uel scorto cyanē ponit. ¶ Succincta:suffarcinata. ¶ Lateran⁹. a nobili lateranoꝝ familia i qbusdā legit damasippus. ¶ Inscriptaq; lintea uadit. hoc ē ut Probus inqt pictis uelis popinæ succedit:uel ubi esculēta publice uēditāt. ¶ Harmeniæ. sy.tuē.am. armeniā tygris:parthos euphrates pluit ¶ Et rhe. galliæ histro q & danubius dr. ab his fluuiis germania alluit qbus supat a gallis retis & pānoniis:ut a sarmatis dacisq; mōtibus dirimit nec ñ & mutuo metu. rhenus qdem rheticaꝝ alpium in accesso ac pcipiti uertice ort⁹ modico flexu in occidētem uersus septētriōali oceāo misceret. danubi⁹ uero molli & clemter ædito mōtis arboæ iugo effusus plures pplos adit donec i pōticū mar sex meatib⁹ erūpat. ¶ Hostia. p ad hostia flūinū. ¶ Aliquo cū p.gladiator siue siccario.

Inuenies aliquo cum percussore iacentem
Permixtum nautis:aut furibus: aut fugitiuis
Inter carnifices: & fabros sandapyllarum:
Et resupinati cessantia tympana galli.
Aequa ubi libertas:cōmunia pocula. lectus:
Non alius cuiq;:nec mensa remotior ulli.
Quid facias talem sortitus pontice seruū
Nēpe in lucanos;aut tusca ergastula mittas

MAN. ¶ Percussore:gladiatore. ¶ Sandapilarum Sandapi-

Sādapila la pheretrum uiliū personaꝝ. Suetonius de Domitiano cæso:Cadauer eius populari Sandapila p Vespilones exportatū. ¶ Tympana galli:de galloꝝ impudētia uide sat.ii. ¶ Cessātia:quiescētia. non sonantia. ¶ Resupinati:tāq; sōno uinoq; sepulti. ¶ Talē. qlis

Lucania damasipp⁹ ē. ¶ In lucanos. lucania ut strabo docet li.

Samnites vi. inter tyrenū siculūq; latus iacet. qbus samnites ppi

Apulia qui. Est etiā ei ibi iuncta apulia hinc ait Hor. satyra pri

Venusia ma lib.ii. luca. an Appulus anceps. Nā uenusin⁹ arat finez sub utrūq; colonus. ¶ Aut tusca ergastula mittas: Similiter Martialis. lib.viii. Et sonet innumera cō-

pede

At uos troiugenæ uobis ignoscitis: & qua
Turpia cerdoni: uolesos brutosq; decebūt:
Quid si nūquā adeo fœdis: adeoq; pudendis
Vtimur exēplis: ut non peiora supersint?
Consūptis opibus uocē damasippe locasti
Sipario: clamosū ageres ut phasma catulli.
Laureolū uelox etiā bene lentulus egit
Iudice me dignus uera cruce: ne tamen ipsi
Ignoscas populo: populi frons durior huius.
Qui sedet: & spectat triscurria patritiorum

pede tuscus ager. i. multis ergastulis: nā serui i ergastulis fodiebāt agros: pſertim i hetruria hinc & Iuuenalis ait aut tusca ergastula mittas. Idē Mart. li. viiii. In edi. lū sic: Nec tusca ligo uica polit⁹. De Ergastulis āt lati⁹ sat. vi. Mitas pp uitia qdē & si generoso sanguie ortū. ℂ Cerdōi. i. plæbeio & uili. Cerdōes. n. dñr q artificio & lucro uictū qrūt. Nā κερδος lucrū dr κερδαλιος lucror. ℂ Volesos: Brutosq; p hos nobiles oēs itelligit. ℂ Quid. dices supple. ℂ Vtim. in damasippū s. ℂ Cōsuptis: opib⁹ damasippū arguit histriōicæ. ℂ Sipario. Sipariū uelū erat ad scænas uelādas: Apul. li. i. de asino aureo. Oro te inq̄ oro te inq̄ aulæū tragicū dimoueto & sipariū sænicū cōplicato: Merula in dicto loco apuleii supparīū legit i meo tñ apuleio legit sipariū & in episto. pria. li. xl. senecæ sippar: Ei⁹ uerba sunt: Et ex ipso genere uelor alexādrinos q̄uis in magna turba nauiū intelligit solis enim licet sipparū itendere qd in alto oēs habēt naues nulla enim res æque adiuuat cursum q̄ summa pars ueli illinc maxime naues urgent &c. postea subdit sipparū alexādrinarū insigne idiciū ē. Id tamen senecæ supparū ut puto eē debet. Lucanus. n. lib. v. pro eadē uelor sūmitate supparū posuit dicens. Et flexo naulta cornu obliquat leuo pede carbasā sūmaq; pandens suppara uelor perituras colligit auras. Meus etiam festus sipariū habet ibi eni sic legit: siparium genus ueli mimicū. Domitius tamē minutū fecit. Magis mimicū plac . . a mimo. n. mimicū dixit fest⁹. Itaq; siphario nullo pacto legēdū ē. ℂ Ageres recitares repræsentares. ℂ Phasma catulli: id nomen erat fabulæ cuiusdā catulli: φασμα autē mōstrū & apparitio apud nos dicit Vnde & herodotus igt tale phasma aliquādo apparuit in græcia In ea igit fabula mōstra repræsētabant qbus agēdis clamore opus erat. ℂ Laureolū: laureatū mimū intelligit. de quo qdē Trāqllus in Caligula ubi mortis illius pdigia recēset sic ait. ℂ Et cū in laureato mimo in quo auctor proripiēs se ruina sāguinē uomit ut plures secūdarū certatim experimētū artis darēt cruore scæna abūdauit hæc ille. iosephus itē li. xxix. c. i. quū de caligulæ cæde meminit ita scribit. in illo siquidē spectaculo duo ei auguria puenerūt. Mimus nāq; ē introductus quo actū ē ut iudex dephēsus crucifigeret. Et pātomim⁹ fabulā saltauit Cynaræ in q̄ & ipse occisus & eius filia Mirrha uidebat atq; sāguis mimica arte diffusus. Et circa iudicē crucifixū & circa cynarā atq; Mirrhā. ℂ Durior: qa nullo pudore afficit. ℂ Durior huius. i. Durior frōte huius Lētu'i. ℂ Qui sedet & spectat. seneca epistola. vii. ad Lucilliū sic ait Nihil uero ē tā damnosū bonis morib⁹ q̄ in aliquo spectaculo residere: tūc. n. per uoluptatē facili⁹ uitia surrepūt &c. ℂ Triscurria. i. ingētē scurrilitatē. Nam tris & ter pro superlatiuo utebantur hinc mercurius dictus est τρισμεγιστος. i. ter maximus ac si diceret longe maximus. τρις. enim ter & μεγιστος maximus dicitur. Et plautus in aulularia inquit non fur sed trifur. Et Ouidius. in ibim. Magno ter ab hercule gnt⁹. i. ter magno hercule. Non autē ter quintus ut multi dicunt. ℂ Patritiorū: qui scænæ operam dabant.

ℂ Ergastula tusca: ubi serui uincti fodiebāt agros. ℂ Volesos brutos de q̄b⁹ ex Dionysio satis recitatū est nā. ii. eo auctore cū Tacio māserit in urbe: ex sabinis Valerius Volesus Talus cognomie tyrān⁹: ℂ Peiora supsūt: lōge inqt & maiora dicēda sunt de nobilib⁹: & ita i his histrionicā dānat. ℂ Sifario: sifariū nōnulli ex nr̄is mercedē dixerūt esse q̄ det histrioni. Sed id nulla pbat auctoritate. Sifar. Homer⁹ senectutē appellauit & græci alii rugosam cutē. Festus scribit sifariū esse genus ueli minutū ego uero accipio p noie proprio Pantomimi q scenæ pellet ut Stephanionē: legim⁹ Pilladē appellē. ℂ Phasma: inscriptio ē fabulæ catulli nō ueronēsis ut ego sentio: sed alterius paulo supra tpa iu. phasma aūt significat aliqñ portentū ut sæpe Herodotus scribit. Tale inqt phasma apparuit in græcia: in ea fabula igit mōstra repñtabat quib⁹ agēdis clamore opus erat. alibi de eadē fabula: mimimū agit ille Vrbani qlē fugitiuus scurra Catuli. Tu inqt o nobilis locasti uocē. sifario pātomimo ut phasma catulli ageres. In margine uero codicis mei antiqssimi ita ē Catullū intelligit q minimos scripsit ut Labert⁹ laureolū. Fabulā & leontē scripsit Neuius poeta in carcere i q̄ intro ducebat laureolus qui ob scelus cruce pēdebat. Domiti. ita uoluit hāc fabulā agi aliqñ ut alias: ut q ageret uera cruce pēderet nō fabulosa. Mar. de dānato. Nō falsa pendēs in cruce laureolus. Lentulus aūt ciuis nobilis eā p histrione egit: ita tñ ut nō pepēderit uera cruce cū debuerit: ut ait Iuue. qm histrionicā exercebat. ℂ Triscurria. i. nec ignoscēdū ē populo q potest spectare scurrilitatē patriciorū. ℂ Triscurria: uerbum antiquū ē & scurrilitatē significat ingentē nā tris p suplatiuo græci & latini utebant: q; Strabo affirmat de græcis cū expōat apud Homerū o terq; q̄terq; beati. i. maxie q; & Vir. ē imitat⁹: nec ignoro Macro. aliter sētit. ℂ Sādapillarū: sandapilla feretrū ad funerādos hoies Suetoni⁹ de Domitiāo cæso. Cadauer eius populari. Sādapilla per Vespilones exportatū. ℂ Tusca ergastula: pprie ergastula ubi ad metalla effodiēda tenebantur hoies. Erātq; in lucanis in agro gallico & Tusco frequētia. Fit āt ergastulū a uerbo græco εργαζομαι. ℂ Brutos uolesosq;. hi ueteres fuere Romani & nobiles. ℂ Cōsūptis opib⁹. Sēsus absūpto pr̄imōio scenæ uacās uocē ptori uēdidisti ad agēdas uidelicet fabulas. ℂ Suppioq; datū: suppiū tenuissimū erat uelū ad scænas uelādas. Tūc demū cū psonas Mimi induerāt & agerēt. Cice. de puic is cōsularib⁹. Itaq; ut ille alter: ut ipse ē hō doct⁹ & a suis græcis subtili⁹ erudit⁹: qbus cū iā ex orchestra he'uat: antea p⁹ suppiū solebat. Seneca de trāqllitate ai ad serenū: Tragicis miutisq; uehemētior igeniis quotiēs inimicitias iepras & uerba ad sū māca ueā spectātia religt iter multa alia cothurno suppioq; fortiora. Apu'ei⁹ in metamorphosi. Oro te i q̄

Cerdões
siparium
Phasma
Laureol⁹
Spectacula
triscurria
trimegistus
DO.
MER.
Sādapilla
Ergastula
Supprium
Apulei⁹

auleū tragedū dimoueto:& supplū scēicū cōplicato.& itē auleo subducto & cōplicitis supplis scena disponit & quātū ego cōiecturis asseq possū.uel poti⁹ ex rōe græca colliget:a suppo fit supplū dimiutiua forma: q̄re facessāt:q̄ aut p̄miū cātoris:aut p̄priū nomē siphariū uolūt eē corrupte uocem elegantissimam legētes. ℭPhasma ca.phasme nomē ē fabulæ:sed cui⁹ catulli fuerit ñ satis cōptū ē.phasma græce:latie appitio dr. ℭLaureolā.mimū h̄ intelligit laureatū de quo scribit sueto.in uita caligulæ:hūc repn̄tauit Lētul⁹in scena: q uera cruce dign⁹erat:cū p̄rici⁹ scenicas fabulas ageret:h⁹ Mimi meminit ēt Mar.sic dicēs.Nuda calidōio sic uiscera p̄buit urso.Nō falsa pēdēs in cruce laureolus.Quod āt h̄ eēt laureat⁹ ille Mim⁹:de quo dixim⁹. Si cōtulerius sueto.& Iosephi iudei scriptoris uerba facile cognoscem⁹.Ait.n.ille cnūcrās p̄digia:q̄ ab illo ipo die:quo casus caligula fuit acciderāt:& cū laureato Mimo.i quo auctor p̄ripiēs se ruia sāguinē uomit: ut p̄les scđaɋ certati expimētū artis darēt cruore scena abūdauit.Ioseph⁹ cedē caligulæ describēs h̄ ait.In illo sigdē spectaculo duo ei auguria p̄uenerūt.Mim⁹ nāq̄ itroduct⁹ ē:quo actū ē ut iudex dep̄hēsus crucifigeret:& pātomius fabulā saltauit cynare i q̄ & ipa occisa:& ei⁹ filia myrra uidebat:atq̄ sāguis inimica arte diffusus:& circa iudicē crucifixū & circa cynarā atq̄ myrrā.Ergo laureatus mim⁹ erit iudex dep̄hēsus & crucifix⁹.ℭTriscu.p̄ri.noua & festiua ɔpositio q̄ nimia notat scurrilitas p̄riciorɋ q scenæ opā dabāt ut.cui cōpositum a tris & scurra:quo numero magnitudo & perfectō rerum plerūq̄ demonstratur.

ℭEt fa.san.in qb⁹ politones deportāt cadauera:& ob hoc abiectæ sortis hoies.sūt q legāt fabɋ sardanapallū.i.ifamē ut sardanapall⁹ fuit ac sādapyllaɋ fabros pheretroɋ & capulorū.id.n.sandapylla significat.Trā. de Domitiāo.occisus ē calēdis octobrib⁹.āno ætatis q̄dragesimoqnto ipii qntodecimo cadauer eius populari sādapylla p uespillones exportatū.ℭResupinati.uētre subuersi.ℭCessantia:pactis sacris.ℭTympana gal.cybeles sacerdotis dicti galli a gallo flumie q̄ q ex eo biberint furere icipiāt & se uirilitatis pub⁹ priuēt:ut Fest⁹ ait:& Catul.de athi scribit.qdā iō putāt sibi gēitalia p̄cidere q̄ nomē p̄ris mrisq̄ uiolarit ne ipi parētes fieri possit ueluti scri.Lucr.ℭQuid fa.talē sortit⁹regule.it q legāt pōtice p̄uū.rn̄det.nēpe i lucanos & tusca ergustula mittes:& tibi tm̄ ignoscet.ℭTroiugene:nobiles.ℭVob ign.nimia deligtis snia.ℭEt q̄tur.cer.cuicūq̄ uulgari.ℭVt ñ pe.sup.q̄ uos quotidie iueniatis.ℭVocē lo.p̄stituisti uocē tuā.ℭVo.da.lo.& Hora.ita desine cultū.Maiorē cēsu teneas damasippe tuis.Mille puellaɋ:pueroɋ mille furores.ℭLocasti sypario:syphariū uelū fuit:igt Probus sub quo latebāt padoxi cū i scænā p̄dibāt:aut hostiū mimi.alii sypharium aiūt eē oē qd āñ cantantē mimū p̄miū suspendit.ℭClamosū age.ut pahsma Catulli. phasma nomē mimici argumti ē.Catulli.qntū luctatiū catullū dicit:q uoranū p̄uū furacissimū hūisse fert:de quo hic posteri⁹ scurra Catulli sane phasma latine uisio dici pōt.Sophocles in electra ειλιηο Δεφαό μανύκτοσ ευκατοό Χηόει.de uisione.n.occisi a clytēnestra agamēonis loqt:q̄ orestē p̄ris cædē ultū ire portendebat. ℭLaureolū ue.ēt bñ lētulus egit.nec lētulū nobilē puduit laureolū repn̄tasq crucī suffixus ē.Mar.Qualiter in scythica religatus rupe p̄metheus.Assiduā uiuo pectoř pauit auē.Nuda calydonio sic uiscera p̄buit urso.Non falsa pendēs in cruce laureolus.Viuebāt laceri mēbris stillātibus artus.Inq̄ oi nusq̄ corpore corpus erat.Deniq̄ supplicium fuit hoc qa legerat aurū.Vel dn̄i iugulū foderat ipse nocēs.Templaiuel arcano demēs uiolauerat auro.Subdiderat scæuas uel tibi roma faces.Vixerat antiquæ sceleratus crimine famæ.In quo q̄ fuerat fabula pœna fuit.Ex quo manifesto dep̄henditur falsū fuisse Priscianū ubi de diminutiuorū formis ingt laurū laureolū.lu.laureolū uelox ēt bñ lētulus egit.ℭIudice me dignus uera cruce.nō illa quā repn̄tat laureolus.ℭPopuli frons durior:ad spectādū tolerās.ℭEt spectat triscurria:patricioɋ triscurras. i.maximos scurras.nā tertiū gradū qui superlatiuus est excedere nō:sic Plautus in aulularia non trifur.

Planipedes audit fabios:ridere potest qui
Mamercorū alapas:quāti sua funera uēdāt
Quid refert? uēdūt nullo cogente nerone
Nec dubitant celsi prætoris uendere ludis
Fige tamen gladios inde:atq̄ hic pulpita pōe
Quid satius? mortē sic q̄sq̄ exhorruit:ut sit
Zelotypus thymeles:stupidi collega corīthi
Res haud mira tñ:citharœdo p̄ricipe nat⁹
Nobiles hic ultra quid erit nisi ludus:& illic
Dedec⁹ urbis hēs:nec myrmillonis in armis

Decidit ut malū ferro summitteret: at se
Explicat augustū: discriminis ultima quādo
Præsidia afferimus nauem factura minorē
I nunc & uentis animam committe dolato
Confisus ligno: digitis a morte remotus:
Quattuor: aut septem si sit latissima tæda.

¶ Arboris incerto. i. mali arboris incertitudine. infir- MAN.
mitate: & uacillatione: Legitur item arboris incerte.
¶ Iactu. bonoꝝ iactura. ¶ Decidere. dissipare res su-
as. ¶ Cū uentis: nā uēti ēt ptē dissipauerāt. ¶ Casto-
ra in terris & in aq uictus est fibris: quos castores uocāt Castores
& castorea testes eoꝝ: quos sibi ipsi amputāt piculo ur- Fibri
gente: ob hoc se peti gnari. plura Pli. li. viii. & li. xxxii.
Nos ēt plurima li. i. g. Apuleius li. i. met. scri. aūt ꝙ ca-
stor captiuitati metuens se ab insequentibus repcisione
genitaliū liberat. Imitatus castora: ut. n. castor euadēdi
gratia sibi testiculos morsu amputat: eodē mō Catul-
lus quo euanderet: bona e naui iaciebat. Vnde inquit.
fūdite quæ mea sunt. ¶ Teneris Mecænatibus: uiris
mollibus quē locum latius declarauimus sat. i. ubi. Et
multum referēs de mecœnate supino. ¶ Quaꝝ gnosi
ordo est: uestiū ipsū pecus infecit natura generosi gra- —
minis. i. generosæ herbæ. Sunt enim herbæ qdā quæ
pastæ natiuū colorē tribuunt. hinc in buc. legit. Spōte
sua Sādix pascētes uestiet agnos. ¶ Egregi9 fons. plu
ribus in locis aquæ inficiunt aialia. Clituus albos effi-
cit tauros. Melas fluuius nigras oues. Xanthus troiæ Xanthus
fluuius ruffas Auctor pli. ii. hoc aūt loco d beti fluuio
poeta intelligit: Vnde ait & beticus adiuuat aer Betic9
aer: Betica lana rutila est: auctore pli. li. viii. Lacerna Be Betica
tica apud Mar. li. xiiii. ita loqt. Non ē lana mihi men- Lana
dax nec mutor aheno. Sic placeāt tyriæ: me mea tinxit Betis f.
ouis. Et. li. viii. ad togā ait: An tartesiacus stabuli nutri
tor iberi. Betis in hesperia te quoqȝ lauit aqua. Et lib. ix
in tartesiacis domus est notissima terris: qua diues pla
cidū corduba betin amat. Velera natiuo pallēt ubi fla
ua metallo. Et linit hesperiū bractea uiua pecus. Et li-
bro. xii. de corduba sic ait. Albi qua superas oues Ga
lesi. Nullo murice nec cruore mēdax. Sed tinctis gregi
bus colore uiuo. Itē in fine eiusdē. li. xii. Betis oliuifera
crinē redimite corona. Aurea q nitidis uellera tingis a Hispaniæ
quis. Hispania āt trib9 est disiūcta noibus: pars. n. eius ptes tres
Terraconēsis in qua numātia clarissima urbs erat pars
¶ Betica: ubi corduba est: pars lusitania: ubi emerita.
Auctor est Melas. ¶ Lāces appositio est. ¶ Parthenio patteniuſ

laus ab artifice: parthenius āt nat9 ex matre: quæ uirgo nup sit ꝑprie dicit: est & in archadia mōs: παρθένια Pholus
uirgo dicitur παρθένος uirgo. ¶ Pholo. historia hæc est: ut Diodo. lib. v. scribit pholus centaurus: quū do centaurus
mi herculē suscepisset: defossuȝ antea uini doliū exulit. Verū eius odor ingēs ad ꝓpinquos centauros delat9
ebrios reddidit: una igitur pholi domū magno ingressi tumultu ad rapinā uersi sunt quos hercules in fuga Hercules
uertit: multis eoꝝ pereptis theocrit9 āt scribit. Vini cupidū fuisse pholū. ¶ Fusci: uiri sui tpis. ¶ Bascaudas: in eē tau-
bascauda uas britānicus: inde. n. mittebat. Mar. li. xiiii. Barbara depictis ueni bascauda britānis. Sed me iā tos
mauult dicere roma suā. In antiquo iuuēale legim9 bascādas. p. n. ¶ Aescarias. uasa ad æscas facta. ¶ Cæla Bascauda
ti. s. auri. ¶ Biberat quo callidus emptor olynthi. i. Philipp9 rex. q ut Pli. li. xxxiii. c. iiii. scribit: poculo aureo Filippi
puluino subdito solitus est dormire. ¶ Calldus ēptor olynthi. iusti. li. ix. de philippo rege sic ait. Nulla apud Poculum
eū turpis rō uincendi blādus pariter & insidiosus alloquio: qui plura ꝓmitteret q̄ pstaret. in seria & iocosa ar Fillippi
tifex. Amictias nō fide. sed utilitate colebat: gratiā fingere in odio struere iter cōcordātes odia: inter hæc elo- mores
quentia & insignis acuminis oratio solertiæ plena. Alexander filius huic successit: Et uirtute & uitiis patre alexandri
superior uini nimis uterqȝ auidus. Sed ebrietatis diuersa uitia patri mos erat. de cōuiuio in hostes ꝓcurrere: mores
piculis se temere offerre. Alexander nō in hostē. sed in suos sæuiebat &c. ¶ Callidus: callidi sūt: qui dolo ac Callidi
fraude exitū uirtutis imitant: ut scri. Victorinus in rhet. Cicero aūt in li. de. n. d. sic ait: Versutos eos appello: Versuti
quoꝝ celeriter mens uersat. Callidos aūt quoꝝ tanq̄ man9 in ope: sic aius usu cōcalluit. ¶ Emptor olynthi. Olyntuȝ
Demosthenes cōtra æschinem scribit. naschenē philippi amicū pecunia corruptū. illi olynthum tradidisse
solebat. n. philippus singulaꝝ fere ciuitatem ꝓditores pecunia corrūpere. ¶ Caput: uitā. ¶ Vitio. auaritiæ.
s. iactatur a catullo. ¶ Leuant. scilicet nauium. ¶ Illuc decidit. ad illud deuenit. ¶ Angustum arctum stri-
ctum. & implicitum propter malum arborem. ¶ Quando: siquidem. ¶ Dolato: leuigato. elaborato: fa-
bricato. ¶ Quattuor: secundum tabulæ crassitudinem. ¶ Tæda: tabula.

DOM. ¶ Deci.dic.debi.cũ aliqb⁹reb⁹datis cũ creditore paciscunt & satisfaciũt:quo uerbo usus ẽ Mar.idẽ uidebat agere catullus reb⁹eiectis. ¶ Imi.cast.cast.idẽ fiber põtic⁹dr:aĩal ẽ cauda pisciũ cætera specie lutre tãti morsus ut dẽtib⁹arbores nõ secus ac ferro incidat a uenatorib⁹petit ob inguẽ.ex quo fit medicamẽtũ castoreũ id amputat piculo urgẽte ut ita se a uenatorib⁹redimat qd̄ scribit Pl. ¶ Tene.mecœnati:nã mecœnas mollitie uestiũ notat⁹:& ob id appellat⁹:malacin⁹ ab horatio ut in.i.saty.diximus. ¶ Et betic⁹aer:Fidentin⁹& alii boetios quosdã fontes eẽ dixerũt:totũ locũ puertẽtes.ego hoc dici intelligo de ueste ex lana betica hoc est hispana.nã in pecudib⁹beticis uellus est rutilũ:ex quo nullo alio adhibito colore texebant ueste: inde lacerna betica apud Mar ita loqt:Nõ est lana mihi mẽdax nec mutor aeno Sic placeãt tyriæ me mea tinxit ouis. Iuue.rõnẽ naturalẽ addit q̃re talis illic fiat lana:ex potu.s.illarũ aquarũ & tẽpie cæli. ¶ Lãces:grãdiora uasa erãt escalia q̃ cẽtenis libris argẽti aliqñ factæ sũt. Drusillan⁹rotũdus lãcẽ hũit qnq̃genariã cũ seru⁹eẽt Claudii imperatoris:factæ pfertim sũt tpibus ẽt Domi.magno ĩpẽdio qd̄ supra notauit:cũ lãce beata cicus inscripto &c. ¶ Parten.uel ab artifice sculptore:quẽ tñ Pli.nõ noiat inter alios:uel certe cubiculariũ Domi. intelligit: cui tãtæ erãt lãces. ¶ Siciẽte pholo.i. q̃tã paterã debebat hr̃e pholus ut ei⁹siti ipleret is cẽtaur⁹Herculẽ hospitio suscepit ut Diodo. & Theocrit⁹scribũt:& ei uinũ ppinauit qd̄ accepat a baccho ea admõitõe ne añ herculis aduẽtũ depromeret:tũc eo odore reliq cẽtauri ebrii facti aduersus herculẽ ĩpetũ fecerũt. ¶ Cõiuge fusci: cõiugẽ fusci suorũ tẽporũ notat ebriũ. ¶ Bascaudas.bascaude uas noĩe britãnico ẽ.Mar.barbara depictis uẽit bascauda britãnis.Fidẽtin⁹ait lapides eẽ pciosos mox sniam nr̃am inserit tã inepte ut neutrã pcepisse uideat. ¶ Callid⁹ẽptor olynthi:designat poculũ aureũ:nã Philipp⁹rex nũq̃ dormiuit nisi poculo aureo puluio subdito:ut scri.Pli. ¶ Emp.olyn. misse olynthũ dr a Iuue.nã olynthũ ciuitatẽ thraciæ allexit in societatẽ: ut est apud Demosthenẽ aduersus atheniẽses datis duob⁹oppidis atemõte.s.& potidea:Fidẽtin⁹ hãc sniam nr̃am recitat:sed dicit nõ cõuenire.quoniã.s.pcipit & insanit. ¶ Multũ cellati.s.auri.qd̄ designat de philippo: per hoc qd̄ diximus. ¶ Vt malũ ferro sũmitteret.i.ut ẽt incideret arborẽ nauis.Quãdo pſidia ultima afferrim⁹: ultimũ præsidium & auxilium. ¶ Nauem minorem:nã incidimus arborẽ:ut inde facimus nauem leuiorẽ.

MER. ¶ Quarũ generosi grãinis ipm infecit natura pecus.lanã bæticã suæ pulligines significat.quã pot⁹ aq̃ i oue pseminabat:quã rẽ hi uersib⁹.Mar.notat.In tartesiacis domus est notissima terris:Qua diues placidũ corduba bæti amat. Vellera natiuo pallẽt ubi flaua metallo:Et linit hespiũ bractea uiua pec⁹. Tradũt itaq; scriptores eẽ fõtes:& flumia quorũ potu pecora q̃uis sint alba aliis locis pcreẽt uellera leucophea aliis locis pulla aliis coracio colore ita pprietas coloris:ut ait Victruui⁹ cũ init i corpus pgenerat itictã sui cuiusq; generis q̃litatẽ igr̃ qd i cãpis troiãis pxie flumẽ armẽta rufa & pecora leucophea nascũt:ideo flumẽ id iliẽses Xanthũ appellauisse dicũt:bætis fluui⁹ ẽ ulterioris hispãiæ:a quo & hispãia bætica dr̃ pterfluit autẽ hispalim : quæ urbs nunc uulgo sibilia dicitur:& flumen riuus sibiliæ. ¶ Lances parthẽio factas:ab artifice laus. ¶ Siciẽte pholo.pholus centaurus fuit qui herculem suscepit hospitio hunc uini cupidũ scribit Theocrit⁹. ¶ Bascaudas inter uasa numeratur a Martia .bascauda hanc britanni mittebant. Vt hoc disticho idẽ poeta docet.Barbara depictis uẽit bascauda britannis: Sed me iam mauult dicere rõa suã. ¶ Mille.esca.uasa ad escas de quibus Pl.i.xxxvi.de uitro ex genere obsiãi ad escaria uasa totũ rubẽs uitrũ atq; nõ trãslucẽs & i ultimo:abacis ẽt escariisq; uasis iuẽio tñ hac dictiõe græcos usos. ¶ Gela.li.quo callidus ẽptor olynthi:philipp⁹ ãynthæ fili⁹ olynthũ thraciæ urbẽ ab lasthãe emit:q̃ rẽ p trasitũ tetigisse Vir.cũ dixit.uẽdidit hic auro pr̃iã notat Serui⁹.

Lanæ betiæ. Leucophea. uitruuius Cur xat⁹ Bætis hispalis us phol. Bascauda

VAL. ¶ Arboris icer.ordo ẽ cũ rectoris cãi prudẽtia nullã opẽ ferret cœpit subaudi catullus icerto hiatu arboris q̃ se pte lapsũ miraret dicidere cũ uẽtis iuuãtibus casũ:ẽ ãt sẽsus cũ prudẽtẽ rectorẽ de salute oĩum despare catull⁹ aĩaduertisset ac i medio æstu pelagi naui fluctuarẽ pspexisset arborẽ q̃ uẽtorũ flatibus i oẽm partẽ pclinata q̃ssataq; iã hiare cœpat succidit:quo ab huiusmõi onere leuaret naui. ¶ Imi.cast.animal : qd̄ ut sostrat⁹ traditi scythiæ desertis iuenit latorũ testiculorũ ut apri. ¶ Medi.medi.aptũ. ¶ Et boeticus ladiuat aer. boetis ut Strabo iqt hispãiæ fluuius ex eisdẽ nascẽs locis ex qbus anas & tagus mediæ uero iter utrũq; magnitudinis. ¶ Lãces parthenio factas.laus ab artifice. ¶ Vrnæ crete.capacẽ.ab eo qd̄ ẽ crater:ut græci:nã cratera etiã fœminini generis latini eẽ uoluerũt. ¶ Sitiẽte pho.cẽtauro. ¶ Et cõiu.fusci.acerbe & satyricus bibaces notat ¶ Adde & bascaudas.uasa britãnica.Mar.Barbara depictis uẽit bascauda britãnis.Sed me iã mauult dicer roma suã. ¶ Et mil.esca.i qb⁹ esca cõdit. ¶ Cæ.bibe.quo calli.ẽptor olyn.olynthus in tracia urbs quã a calcide q̃ in euboea fuit colõi cõdiderũt. ¶ Iactat rerũ utiliũ ps maxima.unde iactura dicta . ¶ Illuc recidit . in suũ recurrit dãnũ ex re & calado qd̄ ubiq; pducit ut i illo.Recidit a cœlo ignilq; & sulphuris amnis. & in ppetii q̃rto elegiarũ.Recicit inq; suos mensa supina pedes:& apud Lucre.frequẽter. ¶ I nũc & uẽ.ani.cõ.ait Proper. I nunc tolle aios & cẽtũ fige triũphos. ¶ Si fit lat.tæd.amplissima nauis q̃ de arbore tæda fabricatur.

MAN. ¶ Mox:statim.est autẽ sensus.Quũ nauigaturas panẽ ac uinũ parabis.aspice ac etiã para secures:sumẽdas quidẽ ad malũ incidendũ in tempestate.. ¶ Reticulis ræticulo panes gestabant.hinc ait Hora sat.i . Ræticulũ panis uẽales iter honusto forte uehas hũero. ¶ Sed postq̃ iacuit.exponit qdnã Catull⁹ ægerit tẽpestate remota quo ad portũ uẽiret . ¶ Prospa fuerũt. ¶ Victoris.Catuli. ¶ Valentius fuit. ¶ Stamis.albi dñ rparcæ fœlicibus alba stamina hr̃e in manib⁹. infœlicibus uero nigra.Mar.li.vi.ad Aulũ.si mihi lanificæ ducũt nõ pulla sorores.Stamina nec surdos uox habet ista deos:

Parcarũ Stamina

Mox cum ræticulis: & pane: & uẽtre lagenæ
Aspice sumendas in tempestate secures.
Sed postq̃ iacuit planũ mare:t pa postquam
Prospera uectoris fatumq; ualentius euro
Et pelago:postq̃ parce meliora benigna
Pensa manu ducũt hilares: & staminis albi
Lanificæ:modica non multo fortior aura
Vent⁹ adest; inopi miserabilis arte cucurrit

Vestibus extensis. & quod superauerat unũ
Velo pra suo. iã deficientibus austris
Spes uitæ cum sole redit. tum gratus iulo.
Atq; nouercali sedes prælata lauino
Conspicitur sublimis apex cui cãdida nomẽ
Scropha dedit lætis phrygib⁹ mirabile su(mẽ
Et nunq̃ uisis triginta clara mamillis.
Tãdẽ intrat positas inclusa p equora molles
Tyrrhenãq; pharõ porrecta brachia rursus

Aura uẽtus adest Pli. itẽ li. v. epistola ad apollinarẽ sic ait. Frequentius tñ auras q̃ uẽtos hẽt p quod aduertimus Aurã eẽ puũ uẽtũ. ℂ Vestib⁹ appositio ẽ. ℂ Nouercali lauino. Ascani⁹ abũdãte lauini multitudine: ut bẽ Nouercæ reliqt nouã ipsã aliã cõdidit. q̃ a situ lõga alba appellata. inter Lauiniũ aũt & albã triginta fere iterfuere anani. Auctor ẽ liui. Var. ait albã dictã ab alba sue q̃ triginta peperit porcos. ex quo pdigio post Lauiniũ cõditũ annis trigita ea urbs facta. ℂ Sumẽ. appositio ẽ. ℂ Lætis phrigib⁹ mirabile sumẽ hoc p parẽthesin legit. ℂ Tãdẽ intrat positas: hostiẽsem portũ describit de quo Trãqllus in claudio sic post undecim annos q̃uis cõtinuis. xxx. hominũ milibus sine intermissione opãtibus portũ hostiæ extruxit: circũducto dextra sinistraq; brachio: & ad introitũ pfundo iã solo mole obiecta: quã quo stabilius fundaret nauẽ ante demersit: qua magnus obeliscus ex ægypto fuerat aduectus cõgestisq; pilis supposuit altissimã turrim. i. exẽplũ alexãdrini phari. ut ad nocturnos ignes cursũ nauigia dirigerent. hæc ille. Qui aũt de lucrino portu intellexerũt. haud rite qdẽ. Rõ ẽ. qđ poeta inquit: Tum gratus iulo atq; nouercali sedes plata lauino conspicit sublimis apex deinde subsequit. ℂ Tãdẽ intrat positas &c. A portu eni hostiensi nõ multũ Alba distat. A lucrino autẽ lacu. ultra milia passuũ cẽtũ quo pacto igit Catullus trũca puppe. i. diminuta naui arbore & reliqs necessariis distãtẽ potius q̃ pximũ portũ adiisset ergo &c. Stra. li. v. qđ de distãtia dixim⁹ asserit dicẽs. Antiũ situ eẽ i rupe lõge ab hostia ad stadia. cc. & lx. post Antiũ circeiũ stadiis. cc. distans &. Lxxxx. Deiceps circeio proximã intra stadia. c. Tarracinã eẽ. hæc ex Strabone: Nos addimus a Tarracina distare caietã stadiis. cc. inde ppe mare Sinuessam eẽ. inde literñũ. inde cumas. post Misenũ post Baias inde lucrinũ: de lucrino itaq; portu hoc loco minime intelligẽdũ. ueꝝ de hostiẽsi. ℂ Tyrrhenãq; pharon. hostiẽsez turrim. Solinus scrib. quod ægyptii in portibus machinas ad plucẽdi misteriũ fabricatas. pharos dicunt. ℂ Porrectaq; brachia rursus rursus ait: qm̃ in hostiensi portu dextra sinistraq; brachia circũduxetat Claudius.

Vestitus | Aura | Alba. c. | Hostiensis portus | Antium | Circeiũ | Tarracina Caieta | Phari.

ℂ Reticulis: panes reticulo gestabãt apud ãtiquos Hor. ut si reticulũ panis uẽales iter honusto forte uehas hũero: sẽsus ẽ. cũ nauigas paꝝ distas a morte & paulo post cũ incideris in tẽpestatẽ: oiaq; ieceris adeo tñ restẽt tibi panes & lagena cogeris incidere arborẽ nauis: & facere nauẽ minorẽ ut euadas: ut ægit Catullus q̃ malũ ferro submisit. ℂ Sũmẽdas secures: ut. s. incidas arborẽ. ℂ Ite igr̃ pueri: exitũ tẽpestatis in q̃ extremo piculo laborat Catullus scribit sedata inqt tẽpestate Catullus uestẽ extẽdit p uelo: & alteꝝ minus uelũ qđ sup fuerat si pra extẽdit atq; ita flante aura ad portũ delatus ẽ uectoris Catulli: postq̃ parce meliora. i. posteaq̃ felicitas ẽ restituta Catullo ut i fatis erat. ℂ Inopi arti. i. iopi psidio. s. uestibus extẽsis. ℂ Velo suo: qđ in ea seruat ad dñiã ueli maioris: qđ solet eẽ in medio naui & amissũ erat lauino nouercali: post trigesimum annũ ex quo æneas tẽuerat lauinũ: Ascanius mortuo patre relicto lauino matri uel nouercæ: nã id quoq; ambigit Liuius albãq; cõdidit ab alba porca: huius mẽinit Dionysius & Varro de re rustica. q tradit Scrofã pepisse triginta porcos in portẽtũ & simulacra eoꝝ fuisse posita i publicũ: de hoc plura alibi diximus. ℂ Tandẽ intrat positas moles: portũ hostiensem describit: ubi Claudius pharũ erexit in emulationẽ phari alexãdriæ. xi. annorum opere ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. cuius meminerunt Tranquillus & Plini. pharũ tyrrenã fuit: item pharus ad capreas cuius meminit etiam papinius teleboumq; domos trepidis ubi dulcia nautis lumina noctiuagæ tollit pharus æmula lunæ.

DOM.

ℂ Reticulis. qbus panẽ ferebãt hæc græce ΔΟΚΤΙΔΙΑ dicũt Hora. Reticuluz pãis uenales iter onustos forte uehas humero. ℂ Et uẽ. lag. lagena uas ad uina ferẽda. Mar. Spoletina bibis uel marsis cõdita cellis Quo tibi decoctæ nobile frigus aq. ℂ Hæc multum for. au. a uẽto in naturalib⁹ q̃stiõib⁹ hoc diferre ait Seneca: ut aura sit leuior uehemẽtior uẽtus. ℂ Tum grat⁹ iulo. albanum mõtẽ significat. in quo cõdidit albã iulus æneæ filius relicto lauinio nouercæ: dicta ãt & alba lõga & noie porcæ. quã in Macedonia uel ut alii in epiro amissã: in italia Aeneas cõpit triginta foetus enixã. ℂ Mirabile sumen: si ex uberibus foetæ porcæ optimũ sumen fit: q̃ trigita pepit potuit sumen cõficere mirãdũ. ℂ Tyrrena p æquora moles. baianũ expræssit portũ: quẽ iuli⁹ Cæsar extruxit: Vñ Vir. An memorẽ portus lucrinoq; addita claustra Atq; indignatũ magnis clamoribus æquor Iulia q̃ põto lõge sonat unda refuso. ℂ Tyrrenãq; pharõ. ad differentiã alexãdriæ phari dixit tyrrenã: ubi notãdũ turres: q̃ p noctẽ lũine nauigãtiũ cursus regũt: uadaq; & port⁹ pnũciãt: pharon appellari ab ea. s. turri: quã ptolemeus i isula pharo portũ obtinẽte Alexãdriæ fecit: hãc eãdẽ tradit octingẽtis talentis cõstitisse magno sane regis aio q Sostrati gnidii architecti nomen in ea pmisit scribi: huiusmo di turres pluribus in locis extructas fuisse atq; lumina per noctem habuisse apud historicos legim⁹. & in primis apud Suetonium. qui tradit claudium in portu hostiæ cõgestis pilis superposuisse altissimam turrim in exemplum Alexandrini phari: ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent.

MER. | Reticulũ | Lagena | alba | Sumen | Baianus portus | turres phari | Sostratus Gnidius | Claudius

ℂ Mox cũ ræti. sensus est cũ nauigaturus cõscẽdis nauim & ad uictũ cõparas necessaria memineris etiã securi tecũ ferre quo si urgeat necessitas succidas malũ. ℂ Cũ ræti. ræticulũ capitis tegmen muliebre: ut hic supra. Ræticulũq; comis auratũ igẽtib⁹ ipletur: ut Var. i seq ulysse: suspẽdit larib⁹ marias mollis pilas ræticula ac strophia: ẽ ubi significet sacculũ: ut apud Hor. ut si ræticulũ pãnis uenalis iter honusto forte uehas humero: & hic. Stamis albi. pp difflatas ex aere oi nubes. ℂ Nec multũ fortior aura uẽt⁹ attẽdẽda locutio nec multuz

VAL.

fortior cum multo dicere soleamus. ¶ Nouercali sedes plata lauino conspicit sublimis apex: alba quã iulus creusæ & æneæ filius relicto lauino ubi nouerca & lauinæ ipsius ac æneæ fili⁹ domiciliũ habuit apollinis respõso ɔdidit. ¶ Scropha lætis phrygib⁹: scropha porcã qdẽ q̃ sæpi⁹ pepit: q̃ uero semel porcetra noiat. ¶ Positas inclusa p æquora moles: iulias. ¶ Tyrrhenãq; pharon turrim ad quã nauigãtes noctu dirigunt iter.

Quæ pelago occurrũt medio: lõgeq; relin//
Italiã: non sic igitur mirabere port⁹ quũt
Quos natura ddit: sed trũca puppe magister
Interiora petit baianæ peruia cymbæ:
Tunc stagnãte sinu gaudent ibi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ:
Ite igitur pueri linguis animisq; fauentes
Sertaq; delubris: & farra imponite cultris:
Ac molles ornate focos: glebamq; uirentem
Iam sequar: & sacro qd̃ præstat rite peracto
Inde domũ repetã: graciles ubi parua corõas
Accipiunt fragili simulacra nitentia cæra.
Hic nostrũ placabo iouẽ: laribusq; paternis
Tura dabo: atq; oẽs uiolæ iactabo colores:
Cuncta nitent: longos erexit ianua ramos
Et matutinis operatur festa lucernis:
Nec suspecta tibi sint hæc coruine: catullus
Pro cuius reditu tot pono altaria: paruos
Tres habet hæredes libet expectare qs ægrã
Et claudentem oculos gallinã ipẽdat amico
Tam sterili: ueꝝ hæc nimia ẽ ipẽsa coturnix
Nulla unq̃ pro patre cadet, sentire calorem

MAN. ¶ Magister. s. nauis Catulli. ¶ Interiora. s. ipsius portus hostiẽsis. ¶ Baianæ puia cymbæ hoc potissimũ illos decepit putãtes iuuenalẽ dixisse. Catullũ sua naui lucrinũ portũ adiisse: petiisseq; loca interiora ipsius lucrini portus: ad quæ qdẽ Baianæ cymbæ adire solebãt Cũ aliter intelligendu; sit. Dicit. n. poetã Catullũ sua trũca naui adiisse iteriora loca port⁹. s. hostẽsis. ad quæ adire cymba baiana potuisset. i. parua nauiculã. quãtula. s. apud baias in Lucrino utebant. ¶ Stagnãte sinu immobili aqua & littoris & portus pene faciete stagnũ ¶ Vertice raso. sicuti serui accepta libertate raso capite pilea accipiebãt: & rei absoluti iouẽ tõsi salutabant: sic nautæ raso capite erãt p⁹ elapsũ piculũ. ¶ Ite igit: hortat pueros suos iuuenalis ad sacra parãda ob reducẽ Catullum. ¶ Igit. catullo reduce. ¶ Linguis animisq; fauentes: liguas ad uerba & omina retulit. Aios ad mentes: Est enim sensus q in sacris debent bona fari. meditariq; etiã bona: & hoc boni ominis gratia fauere
fauere inquit fest⁹ bona fari. at ueteres poetæ psilere usi sũt fa-
Linguis uere: Similiter ut Iuuenalis. s. Oui. lib. i. fast. ait. pspera lux orit: linguisq; aisq; fauere: Nunc dicenda bono sũt bona uerba die. Tibul. itẽ. ii. epi. lib. ii. Dicamus bona uerba: uenit natalis ad aras. Quisq; ades lingua uir mulierq; faue. Ci. quoq; li. i. de diuiatõe sic. neq; solũ deoꝝ uoces pythagorei obseruauerũt sed ẽt hoium q̃ uocãt omina. q̃ maiores nostri: qa ualere cẽsebãt: iccirco oib⁹ reb⁹ agẽdis: qd̃ bonũ faustũ. fœlix. fortũatũq; eẽt pfabãt. rebusq; diuinis q̃ publice fierẽt. ut fauerẽt liguis ipabat iq; feriis ipãdis ut litib⁹ ut uirginis se abstierẽt &c. ¶ Farra iponite cultris. Mola. quæ secundum Valeriũ
mola falsa fiebat ex farre sale. & aqua. cultri aspergebant in socris: quod etiã afferit Seruius lib. vi. ¶ Molles focos. foc⁹ locus ẽ: ubi ignis fouet. Tibullus. Dum meus assiduo
Focus luceat igne focus. Molles ergo focos iuue. ait pp cespites e qbus ara fiebat. hinc p epexegesin ait: Gebamq; uirẽtẽ. i. arã e cespite. potes & molles focos iucũdos exponere. ¶ Graciles coronas. Pli li. xxi. scri. has pp gra-
Coronæ cilitatẽ corollas noiatas scri. itẽ: q corõæ deoꝝ honos erãt: & lariũ publicoꝝ priuatoꝝq;: & sepulchroꝝ. & ma-
Corollæ nium. ¶ Omnes uiolæ colores. uiolaꝝ plura genera: purpureæ luteæ albæ. Pli. lib. xxi. ¶ Nitẽt: purgata sũt
Violaru; & nitida. ¶ Erexit ramos: ueluti fit in in templis festa luce. ¶ Operatur. operari est diis sacrificare. Vergil. in
genera| g. Lætus operatus i herbis. ¶ Festa ordo est. ianua festa erexit &c. Nã operat festa nõ cõuenit. operari enim p
gallinæ. sacrificare absolute põit. uel ẽt addito abltõ. ¶ Suspecta. ut putares forte me captatorẽ. ¶ Gal. gallinæ ad rẽ
Coturnix diuinã luteo rostro pedibusq; puræ non uidebantur: ut scribit Plinius libro decimo. ¶ Tam ste. quia ex habenti hæredes filios nil sperandũ est. ¶ Cotur. ea est parua auis. & quum ad nos uenit: terrestris potius quã sublimis: põderoso corpore: uiribusq; paruis: hic uolãtis illa cõqstio labore expssa: Plinius libro decio. Vulgo autẽ qualea a sono uocis dicitur. ¶ Pro patre: idest habente filios. ¶ Calorem: febris scilicet.

DOM. ¶ Lõge italiã qm̃ pcedunt in lõgitudinem & pcul uident distare ab italia. ¶ Cimba baiana: hoc dicit ut ostdat nauẽ Catulli tẽpestate ita fuisse fractã ut iã cimba uideret: q̃ ingressa est interiorẽ aditum port⁹. ¶ Baiana qli in lacu luermo utunt. ¶ Farra. i. molã q̃ fit ex farre. ¶ Corõas graciles lares & publice in cõpitis colebant tradito ritu a Seruio tullio: qm̃ ex lare cõceptus ipse putabat: nã cu; orchestra mr̃ sederet ad focum tanaqlis genitale appuit in cinerib⁹: unde ea surrexit grauida & cũ postea flãma in capite seruii cõspecta eẽt cõfirmata est opinio eũ laris eẽ filiũ: & priuati inde erãt in honore coronisq; ornabant. Pli. iã tũc coronæ deoꝝ honos erãt & lariũ publicoꝝ priuatorũq;. ¶ Ne suspecta tibi nõ suspiceris de me pp hoc qd̃ uelim captare Catullũ. nõ. n. est orb⁹ sed hẽt tres filios. ¶ Impẽdat galli. sacrificat gallinã: gallinæ ãt ad rẽ sacrã idoneæ nõ erãt nisi eẽnt luteo rostro & pedib⁹: ut ait Pli. ¶ Sterili: nã steriles dicebant amici captatoris q hẽbãt filios: qa nihil erãt ei daturi sed filii. ¶ Gallita: gallita orba diues fuit circa tpa poetæ Cornelius p idẽ tps expostulata ad suppliciũ gallita crispinula: postea tutius ciuitatis gratiã obtinuit cõsulari mr̃imonio sũmissa: & apud Galbã Othonẽ Vitelliũ illesa: mox potẽs pecunia & orbitate: q̃ bonis maliq; temporibus iuxta ualent.

¶ Lõgeq; relinquũt Italiã claustra significat portus: q̃ mo lib⁹ nixa in lõgũ ptẽdunt in mare: ac quodãmõ re-
MER. linqre italiã uident. ¶ Vertice ra. so. queadmodũ serui accepta libertate raso capite pilea accipiebant: sic nau-
Serui ra| tas elapsos piculo rasis capitib⁹ i solatiũ mali cõmemorare q̃ passi forẽt accipe debemus. ¶ Linguis aisq; fa-
so capite uete Pli.

nete. Pli. auctore cũ maxima uis uerbo℞ sit in sacrificiis unũ aliquẽ ꝑponebãt q fauere linguis iuberet: qđ uerbũ Sene. exponẽs ait. Nõ ut pleriq; a fauore trahiť: sed impať silẽtiũ: ut rite pagi possit sacrũ nulla mala uoce obstrepẽte. ℂ Farra iponite cultris: mollã intellige: q̃ ex sale & fruge horna & aq̃ fiebat. ea. n. cultri & frons uictimæ: ut Serui⁹ tradit: aspgi solebãt. ℂ Coronas: coronæ ut tradit Pli. deo℞ honos erãt & lariũ priuatorũ publicorũq; hinc lares coronatos psæpe legimus in historiis. ℂ Glebãq; uirentẽ: cespitẽ iubet extrui. ℂ Oẽs uiolæ: Columel. quoq; de duobus generib⁹ hæc ait. Tũc q̃ paliẽs hũi quæ frõdes purpurat auro. Ponať uiola. Et alibi. Candida leucoia: idest alba uiola. ℂ Opať: operari est diis sacrificare. Vir. Lætus operatus in herbis. ℂ Tã sterili: ironicos dixit & ostendit se solutu℞ uota nõ spe hæreditatis: quando catullo adsint hæredes Sed ueræ beniuolentiæ gratia. ℂ Galita orba mulier diues quidem cuius mentionem habemus apud Tacitum. ℂ Coturnix: auis ea est: quã uulgus qualeã uocat: græce dicitur ortyx: de quo nomine si quispiam addubitauerit adeat Pliniũ abs quo uerissimã hanc nostram interpretationem discet. Quid fauere ligis Mola Corõati lares Violæ colores tres coturnix ortyx

ℂ Interiora: læuorsum: quo baias uersus est iter. ℂ Stagnãte sinu: quasi stagnũ faciẽte. ℂ Vertice raso garrula securi narrare picula nautæ: & q in libertatẽ uindicareť: idẽ quoq; passos cõstat ꝙ seruitutis tẽpestatẽ effugisse uidereňt. Plau. in amphytrione: ut ego hodie raso capite caluus capiã pileu;. ℂ Et farra iponite cultris ꝓ ipone cultros mole q̃ ex farre fit. ℂ Molles: thure cõsparsos. ℂ Glebãq; uirentẽ ad arã. ℂ Quod ꝑstat: melius ẽ aut qđ excellit. ℂ Graciles: tenues ut ipse supra: qcqd graciles huc mittitis idi: aut graciles molles. Hor. Quis multa gracilis te puer in rosa. ℂ Fragili cæra: ꝙ cum induruerit facile ictib⁹ cedat. ℂ Et matutinis opatur festa lucer. operari sacro℞ uerbum est: matutinis quæ ad matutinum usq; tẽpus collucent. ℂ Paruos tres habet hæredes: ut eius sperare nõ possim bona. ℂ Libet expectare: ironicos non est ꝙ expectem ne moriãť. ℂ Claudenten oculos. tunc morituram. ℂ Impendat impendium gallinæ faciat. ℂ Tam sterili. pauperi. ℂ Hæc m i. ẽ ipẽ. gallinã ipẽdere nimiũ ẽ. ℂ Cotur. nul. un. p. pa. ca. nemo ꝓ patre ne moriať coturnicis ipẽdiũ fecerit. coturnix miliaria ẽ auis aduẽa q̃ alibi heleboro pasciť. Lucr. ꝑterea nob ueratr℞ ẽ acre uenenũ. At capris adipes & coturnicibus auget. in italia uero milio potissimum pascitur. hanc inscite querquedulam quidam uocant cum sit querquedula multo maior: & ut anas aquis semper innatet DOM.

Si cœpit locuples gallita & pactius orbi
Legitime fixis uestitur tota tabellis
Porticus existunt qui ꝓmittũt hecatomben
Quatenus hic nõ sunt nec uenales elephãti
Nec latio haud usq̃ sub nostro sidere talis
Belua cõcipitur: sed furua gente petita
Arboribus rutulis & turni pascitur agro
Cæsaris armentũ. nulli seruire paratum
Priuato: siquidem tyrio parere solebant
Annibali: & nostris ducibus. regiq; molosso
Horũ maiores & dorso ferre cohortes
Partẽ aliquam belli: & euntẽ in prælia turmã
Nulla igiť mora p nouiũ: mora nulla p hist℞
Pacuuiũ quin illud ebur ducatur ad aras
Et cadat ante lares gallitæ. uictima sacra
Tantis digna deis: & captatoribus horum.
Alter enim si concedas mactare uouebit
De grege seruo℞ magna & pulcherrima q̃q;
Corpora uel pueris: & frontibus ancillarum
Imponet uittas: & si qua est nubilis illi

ℂ Gallita & pactius: illa & is orbi erant: & diuites poetæ seculo: De gallita sic ait Tacitus lib. xvii per idẽ tẽpus postulata ad suppliciũ gallita Crispilina uariis frustatiõibus: & aduersa dissimulãtis principis fama. periculo exempta ẽ. Magistra libidinũ nerõis &c. Inde subiicit. Totius postea ciuitatis gratiã obtiuit cõsulari matrimonio inixa. & apud galbã. Othonẽ uitelliũ. ille fa. Mox potẽs pecunia & orbitate: quæ bonis malisq; tẽporibus iuxta ualent. Aliqui uero textus habẽt galuia in dicto tacito. ℂ Pacti. Tacitus. li. xx. de quodam pactio aphricano meminit: q ẽt iuuenalis tẽpore fuit. ut ide colligi potest. Et Mar. lib. ait artis ebur. medicæ nartetia cernis: habebis munera: quæ cuperet pactius esse sua. ℂ Porticus: tẽplo℞. s. ℂ Hecatomben. hecatombe dicitur ab ἑκατὸν: quod est cẽtũ & βοῦς dicebať. n. sacrificiũ Centũ boum. Vnde strabo lib. viii. scribit: Laconicã quũ priscis annis cẽteris præesset urbibus hecatompolin uocitatã: Inde quotannis per eos boues centenos imolari consuetũ fuerat: quod sacrũ hecatõbas appellabãt. ℂ Quatinus: q̃tin⁹ est qm̃. sed q̃tũ quaten⁹ aut ut. quod festus asserit. ℂ Furua gente. i. nigra ut a Mauris. indis: ethiopibus. ℂ Cæsaris armẽtũ: appositio ẽ. ℂ Regi molosso: idest pyrrho epirota℞ regi. Elephantos italia primũ uidit bello pyrrhi regis & boues lucas appellauit in lucanis uisos. Auctor Plinius li. viii ℂ Ferre pro ferebãt. Plinius scribit in theatro: Cæsaris tempore. xx. Elephantos turritos cũ sexagenis propugnatoribus: e diuerso dimicantibus peditibus qngentis: totidẽq; equitibus fuisse. ℂ Maiores nobiliores indicat magnitudo ut inquit Pli. Minores appellãt notos ℂ Partem aliquã. appositio est. ℂ Igiť quia illi orbi sunt uel quia in i; latio pascunť elephãti. ℂ Nouiũ: is & ister pacuui⁹ captatores erãt. ℂ Illđ ebur. i. elephas: ex cui⁹ dẽtib⁹ ebur efficiť. ℂ Aň la. gal. diximus lares eẽ publicos & priuatos. ℂ Deis. i. laribus gallitæ. ℂ Horũ. s. gallitæ & pactii: q sũt ditissimi. ℂ Alter. i. pacuui⁹. ℂ Pactius: hic itẽ orbus erat diues de quo Mar. artis ebur medicæ nartetia cernis habebis munera q̃ cupet pactius eẽ sua. ℂ Fixis: nã q nũcupabat uota ꝓ alicui⁹ rei euẽtu: ea libellis scripta tẽplo℞ porticib⁹ affigebat qđ in Octauio scribit Trãqllus ait enĩ eũ uoluisse nũcupare uota ꝓximũ lustrũ quanuis paratis iã & scriptis tabellis. ℂ Vestiť: tegiť. ℂ Portic⁹. s. tẽplo℞. ℂ Furua gẽte: segnitiẽ suo℞ tẽpo℞ notat: nã elephanti q olim in bello℞ usum ducebãť: nũc a Domitiano & aliis iperatoribus in uoluptatẽ & theatrũ exhibẽť: qđ Plinius scribit: tradit. n. i ludis germanici elephãtos edidisse quosdã motus incõditos in speciem saltationis: & sæpe

MAN. galita hecatõbe DOM.

hæc in spectaculis legũt. ℂ Furua gẽte: a mauris idis & æthiopibus: nã ab his uehebãt elephãti. ℂ Regi molosso: id ẽ pyrro in cuius aduẽtũ italia primũ uidit elephãtos: ut Varro & Pli. scribũt. ccc. Lxxii. anno urbis cõditæ. ℂ In ꝑlia turmã: qđ ut uerisimile uideaṫ. Pli. scribit. xx. elephãtos turritos cũ sexagenis ꝓpugnatoribus certasse i theatro. ℂ Illđ ebur: id ẽ elephas. ℂ Nouiũ & istrũ pacu. duo captatores erãt quos notat. ℂ De is captatoꝝ q. s. rogãt ꝓ salute id ẽ elephas uictima digna ẽ q̃ mactẽṫ ab his: qui uolũt eẽ captatores. ℂ Gallitæ: quæ est ditissima. ℂ Alter. scilicet pacuuius de quo in superioribus satyris diximus.

MER. ℂ Tabellis eoꝝ. q uota susciperẽt & nũcuparẽt. nã in porticibus deoꝝ tabellæ suscipentiũ & nũcupantium uota affigebãt: ut apud Pli. & Suetoniũ legimus. ℂ Hæcatõben. sacrificiũ cẽtũ boũ: hecatõbe dicit a nũero uidelicet uictimarũ: uel qa (ut auctor ẽ Eustachius) cẽtũ pelo ponesi urbes id faciebãt: & a numero sacrificãtiũ cõposita ẽ dictio. ℂ Furua gẽte petita: ab æthiopibus idis atq̧ mauritãis. ℂ Arboribus rutulis & turni ꝑ scit agro. existimo hæc dixisse iuuenalẽ: qm̃ i Italia suo tẽpore elephãti generabãt: qđ ne icredibile cuipiam uideat: columellæ uerba subiũgant india ꝓhibet molibus ferarũ mirabilis: pares tñ in hac terra uastitate beluas ꝓgenerari qs neget: tamen intra menia nostra natos animaduertamus elephãtes. ℂ Annibali. q secundo bello punico elephãtes in italiam duxit. ℂ Regiq̧ molosso. pyrrho epirotaꝝ Regi: cuius bello primũ italia uidit elephãtos: & boues lucas appellauit: in lucanis uidelicet uisos anno urbis (ut Plinius scribit). cccclxxii. Vnde Ausonius ut lucas boues olim resumpto preferoces prælio: fugit iuuentus romula. ℂ Illud ebur. ꝓ elephãto posuit cõtra elephãtũ ꝓ ebore dixit Vir. Altera cãdẽti ꝑfecta nitẽs elephãto. ℂ In ꝑlia turmã. legimus in historiis elephantes in pugnam gestasse turres cũ pugnatoribus. ℂ Nouium & histrum. captatorum nomina. ℂ Diis captatoꝝ. neq̧ enim alia uictima captatores deos propitiare debent: ut magnã hæreditatẽ assequantur. ℂ Imponet uittas. qa imolanda hostia uittis ligabatur Vir. Vittaq̧ deum quas hostia gessi.

hecatõbe | elephãtes in italia nati | columela | Luca bos | Ausonius

VAL. ℂ Gallita & pactius. hos ꝓ qbuscũq̧ diuitibus ponit. ℂ Orbi. sine ulla liberoꝝ sobole. ℂ Legitime. ample. ℂ Fixis uestiṫ tota libellis porticus. uotis opiṫ q̃ uouerũt multi ut si diuites illi uixerint i eoꝝ testamẽtis hæredes ꝑscribãt. ℂ Existũt. cõparẽt se. ꝑfeṫ. ℂ Qui ꝓmitũt hecatõbẽ. q igẽs sacꝝ polliceãṫ se facturos: nã hecatõbẽ ꝓ eximio ponit sacrificio. sicut Hom. ἐρδον Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας ab ἑκατὸν qđ ualet cẽtũ & βοῦς. bos ꝓ cõstaret cẽtũ aureis solidis in qbus bos celatũ erat idq̧ ut antiquos referrẽt reditus q ex pecudibus fuere. ℂ Quatenus. qm̃ hic cõiũctio ẽ: nã ẽ ubi mõ loci mõ tpis sit aduerbiũ sicut eatẽus & quoad. ℂ Nec uenales. ut si emere uolueris nõ facile iuenias. ℂ Nec latio. ꝓ i latio. i. italia: licet italiæ pars latiũ sit a saturni latebra dictũ. Oui. & dicta ẽ latiũ terra latẽte deo. ℂ Sub nostro sidere. i. regione nostra q̃ ut cæteræ sub sidere uno ẽ hoc ẽ signo ꝙ ei in primis ꝑsidet. ℂ Tyrio. punico. ℂ Seruire solebãt annibali. cũ italiæ bellũ itulit ℂ Regiq̧ molosso pyrrho q romanis intulit bellũ. ℂ Regiq̧ molosso. theopõpus q̃tu ordeci epirotaꝝ gẽtes eẽ scribit e qbus celeberrimæ fuerũt caones & molossi. ℂ Horũ: elephãtoꝝ. ac dorso fertre cohortes ephegesis ptẽ aliquã belli qđ tã seq̃nti q̃ ꝑcedẽti cõnectiṫ. ℂ Et eũtem in ꝑlia turmã: q̃ ut uegesiꝰ ait galli atq̧ celtiberi pluresq̧ barbaræ utebãt nationes in ꝑlio in qbꝰ erãt sena armatoꝝ milia. turma inqt. Var. ut terima e in u abiit quod terdeni ẽqtes ex tribus tribubus thatiẽsium rãnium lucerũ fiebãt. ℂ Nulla igitur mora ꝓ nouiũ. nulla mora ꝓ histrũ pacuuiũ. q hæreditatũ fuere captatores. ℂ Qui illud ebur. i. elephas abusiue nã barus elephas nõlatur. Hor. qđ tibi uis mulier nigris dignissiã baris. ebur ãt os elephãtinũ. ℂ Añ lares gallitæ. ante domũ ditissimi alicuius ciuis ut gallita ẽ. ℂ Tãtis digna deis: ironicos & cũ stomacho uultuoseq̧ legẽdũ ẽ. ℂ Et captatoribus horũ diuitũ hoc ẽ. digni diuites quibꝰ tanta sacrificeṫ hostia & digni captatores qui pro illis tantum faciant impendium. ℂ Et si qua est nubilis illi captatori.

Iphigenia domi dabit hanc altaribus. & si
Non sperat tragicæ furtiua piacula ceruæ
Laudo meum ciuem nec cõparo testamentõ
Mille rates nam si libitinam euaserit æger
Delebit tabulas inclusus carcere nassæ
Post meritum sane mirandum atq̧ oĩa soli
Forsan pacuuio breuiter dabit ille superbus
Incedet uictis riualibus. ergo uides q̃
Grãde operæ preciũ faciat iugulata mycẽis
Viuat pacuuius quæso uel nestora totum
Possideat: quantũ rapuit nero. mõtibus auꝝ
Exæquet: nec amet quẽq̃: nec ameṫ ab ullo

MAN. ℂ Iphigenia. idest filia mactãda uti iphigenia ab agamemnõe patre: ut Dianæ irã placaretur: pro q̃ qdẽ cerua ab ipsa dea supposita ẽ: Captator aũt inqt poeta: filiã quoq̧ sacrificaret etiã nulla habita spe supponẽdæ ceruæ. ℂ Tragicæ ceruæ: de qua tragœdia loqṫ Sophoclis. ℂ Laudo meũ ciuẽ: ironice loquiṫ. ait. n. matus esse hr̃e testamẽtũ orbi mactata filia: q̃ fuerit seruasse mille rates mactata iphigenia. ℂ Meũ: romanũ qdẽ q̃ uouerit filiã. ℂ Testamento. illorũ. s. orborũ. ℂ Mille rates: propter quas uota est iphigenia apud aulidez. ℂ Libitinã: Plutarchus scribit Põpiliũ instituisse libitinã coli: quæ dea sit eorũ: quæ mortuis iusta præstanṫ inspectatrix: siue proserpinã illã: siue uenerẽ crediderimꝰ. ℂ Aeger: orbꝰ ipse. ℂ Tabulas: ubi. s. alios scripserat hæredes. ℂ Inclusus carcere nassæ. idest obligatus pacuuio ob maximum uotum. ℂ Nassa ut festꝰ edocet: est piscatorii uasis genus: quo quũ intrauerit piscis exire non potest: Solent aũt poetæ pisces pro orbis ponere: & piscatores pro captatoribus. ℂ Post meritum mirandum. idest post mactatam illius filiam. ℂ Mycenis. idest aliqua filia. ut fuit phigenia Mycenis. Est autem mycenis hic patronomicũ fœmininũ. ℂ Rapuit nero. Is quidã inter alia a se rapta: templis ẽt cõpluribus dona dextraxit: nulliq̧ delegauit officiũ: ut nõ adiiceret: Scis quid mihi opus sit & hoc agamus: ne quis quicq̃ habeat. Auctor est Sueto.

Libitina | Nassa

DOM. ℂ Iphigenia. i. filia mactanda quẽadmodũ iphigenia mactata fuit: pro qua supposuit diana Ceruã & puella translata

la translata in thaũricã sacerdos Dianæ puella habita in sũmo honore ẽ:ut Herodotus scribit.ea Iphianassa a lucretio dr:& ab homero apud quẽ Agamẽnõ sibi tres filias eẽ dicit: Chrysotemi laodicẽ Iphianassã lucretius. Aulide quo pacto triuia ad uirginis arã Iphianasseo turparũt sanguine fede Ductores danaũ. ℭ Et si nõ spat:quãuis nõ speret captator deã suppositurã ceruã p filiã. ℭ Nec cõparo mille rates testamẽto.q.d. cẽseo pluris faciendũ testamẽtũ qd captat amicus meus:q̃ salus mille ratiũ p qua mactata ẽ Iphigẽia. ℭ Inclusus carcere nassæ.nassa instrumẽtũ est piscatorꝶ quo pisces egressu phibẽt.Silius haud secꝰ ad uitreas solers piscator ad undas Ore leuẽ patulo texẽs de uimine nassã Cautius iteriora ligat:uota ingt hæc nũcupat captator.ut cũ orbus conualuerit eo merito captus:& tanq̃ piscis in nassa cõclusus neq̃at euadere:qn scribat eũ hæredẽ aliis repudiatis & Mar. piscẽ orbo cõparauit:& piscatorẽ captatori:& piscatorẽ piscis amare põt. ℭ Quãtũ rapuit:Nero hẽbat infinitas opes:nã Nero publicas & priuatas opes rapuit:ut scribit Tranq.Fidẽtinus nassam exponit p medico:O ridiculũ caput nec q̃uis uerã opinionẽ in nr̃is scriptis legerit hõ nullius igeni ĩfinitæ stultitiæ:suũ uoluit emẽdare errorẽ qd tñ multis i locis facef conatꝰ ẽ.sed ita mea suis addit:ut nemo nõ intelligat q̃ recte dicit (si qua sunt) aliena eẽ & malẽ ab ipso recitari. Iam ualeat Fidentinus cum præceptore.

ℭ Iphigenia domi. sensus filiam uouebit pro salute amici orbi:quam & sacrificabit exemplo Agamemnonis:qui filiam ad placandam Dianæ iram iussit imolari:Dea uero pro puella ceruam supposuit Sophocles in tragœdia:quæ inscribitur Electra:quam alii iphigeniam dixerunt iphianassaꝫ nominat: Sic & Euripides Ergo quanuis captator non speret filiam saluari:Tamen illam sacrificaturus est. ℭ Libitinam.in templo libitinæ ad funus necessaria parabantur. Vndę & libitinarii ut supra diximus. ℭ Carcere nassæ. ut Festus tradit nassa piscatorii uasis genus:quo cum intrauerit piscis non potest exire.Plautus.nunq̃ ex illa nassa hodie escam petam:& est familiaris poetarum metaphora:ut pisces pro orbis ponant. Martialis.Et piscatorem piscis amare potest.Horatius.Pellicantq; senes quos in uiuaria mittant.Nã in uiuariis claudũtur pisces. ℭ Mycenis.gentile nomen forma patronymica factum. ℭ Rapuit:Nero.tradit Suetonius Neronem iam exhaustum & egentem calumniis : rapinisque intendisse animum: & primum multorum testamenta ad fiscum pertinere uoluit:ac læsæ maiestatis reos perquisiuit:& cum delegaret officium:semper adiiciebat. scis quid mihi opus sit.& hoc agamus ne quis quicquam habeat:ultro templis compluribus dona detraxit: simulacraque ex auro uel argento fabricata conflauit.

MER. Iphigẽia Sophocles Libitina Nassa Plautus rapinæ Neronis

ℭ Iphigenia domi filia uirgo eam quoq; sacrificabit:ut agamemnon olim filiam suam iphigeniam immolare uoluit:nam ut Lucretius inquit. Sublata uirum manibus tremebundaq; ad aras. Deducta est non ut solemni more sacrorum.Perfecto posset claro comitari hymenæo.Sed casta incestæ nubendi tempore in ipso Hostia concideret mactatu mœsta parentis.Exitus & classi fœlix sanctusq; daretur:ea a quibusdam iphianassa dicta est:ut a Lucretio:triuiæ ad uirginis aram iphianassa turparunt sanguine fœdæ Ductores danaum. ℭ Et si non sperat tragicæ furtiua piacula ceruæ:nam cum uirginem ut aiunt altaribus ulysses & Menelaus & calcas admouissent cælum repente cœpit nube tegi q; secutæ corruscatiões fulmina marisq; & terræ ingẽs motus & aeris ereptum omniuo lumen:inde imbrium grandinumq; uis inaudita:nec horum prius ulla fuit quies q̃ qui se sacris accinxerant in proxima dilapsi effugerent:quorum in diuersa mentes agebant imminentia pericula ne sacrificarent uirginem tam repente cæli aborta mutatione.ne autem ab huiusmodi sacrificio desisterent militum interuentione & dimouendæ classis consilio mouebantur.in hac tam ancipiti sententia e luco reddita uox est detestari numen sacrificii genus abstinendumq; a uirgine.dubitantibus igitur cunctis quid demum immolandum esset.cerua forma mirabili ante ipsam aram constitit intrepida: eam uero sibi oblatam diuinitus hostiam arbitrati deprehensam immolauere:q̃bus peractis & pestilens sedatꝰ morbus & nauigandi omnis oblata facultas est. ℭ Tragicæ furtiua piacula ceruæ.q̃uis non speret redimi filiam posse ut iphigenia suggerente se cerua de qua re conscriptæ sunt tragœdiæ. ℭ Laudo meum ciuem.ironicos. ℭ Nec comparo testamento mille rates.cum testamento ad quod ille inhiat non comparo mille rates quarum causa ne periclitarentur filiam dux græcorum agamemnon uoluit suam immolare. quod etiam Horatius execratur. Tu cum pro uitula statuis dulcem aulide natam Ante aras spargisq; mola caput improbe falsa.Rectum animi seruas. ℭ Nam si libitinam euaserit æger. libitinam mortem. sic Horatius non omnis moriar multaq; pars mei uitabit libitinam cum proprie libitina sepeliendi cadauera ministerium. sic Valerius maximus de gratis marco cornuto prætore funus hyrcii & pansæ iussu senatus locante qui tunc libitinam exercebant.tum rerum suarum usum:tum ministerium suum polliciti sunt:qui libitinarius & libitinam exercet. Vlpianus de instito actione.idem ait si libitinarius incautum rerum pollicitorem habuerit isq; mortuum spoliauerit dandam in eum quasi institoriam actionem. ℭ Delebit tabulas:testamenti in quibus hæres erat scriptus captator. ℭ Inclusus carcere nassæ.nassa est piscatorii uasis genus quo cum intrauerint pisces exire non queunt.Plautus.nunq̃ ex illa nassa hodie escam petam. ℭ Ille superbus.pacuuius.

VAL.

Satyra.xiii.Li.V.

Exemplo quodcunq; malo committitur:ipsi
Displicet auctori; prima est hæc ultio q; se
Iudice nemo nocens absoluit; improba q̃uis

Argumentum satyræ.xiii.

Tertia post decimam solatur damna dolentes.



Exemplo quodcunq; malo. Caluinum se cruciantem:q; depositum sibi denegatum fuerat consolatur:multis enim idem accidisse ait. Appellatq; fœlices illos: qui uitæ incommoda facile ferunt.Inde arguit eos:qui dummodo aliorum pecuniaꝫ retineant sine timore aliquo deo

MAN.

Gratia fallacis prætoris uicerit urnam
Quid sentire putas omnes caluine recenti
De scelere & fidei uiolatæ crimine: sed nec
Tam tenuis census tibi cōtigit: ut mediocris
Iactare te mergat onus. nec rara uidemus
Que pateris: casus hic multis cognitus ac iā
Tritus & e medio fortunæ ductus aceruo.
Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
Non debet dolor esse uiri: nec uulnere maior
Tu q̄uis leuiū minimā: exiguāq; malorꝝ
Particulā uix ferre potes: spumātibus ardēs
Visceribus sacrū tibi quod nō reddat amic9
Depositū stupet hæc qui iā post terga reliq̄t
Sexaginta annos fonteio consule natus.
At nihil in melius tot rerum proficis usus
Magna quidē sacris quæ dat p̄cepta libellis

tum perierant. Ad consolationem postea redit Caluini ostendens malos omnino a deis punitum iri. ¶ Exemplo: Exemplum est quod rem auctoritate aut casu alicuius hominis: aut negocii: confirmat: aut infirmat. ut inquit Cicero libro primo rhetoricorum. ¶ Ipsi' displicet auctori: improbi nanq; pœnitentia sunt referti: nec etiam erga se quidem amice affecti esse uidentur: propterea q; nihil habent quod sit amabile: ut scribit philosophus libro. ix. eth. ¶ Auctori: i dest peccanti. ¶ Vitio: pœna: unde ait Cicero pro milone. Et pœnam semper ante oculos uersari putent: qui peccauerint: Vide to tamen latius inferius deprauatorum conscientia. s. ibi. Quos diri conscia facti mēs habet attonitos. ¶ Improba gratia. i. iniusta. ¶ Prætoris: qui centumuiralibus præsidet. Vnde Plini. libro. vi. epistola ad Ruffum sic ait: hoc facto nepotis commotus prætor: qui centūuiralibus præsidet: deliberaturus an sequeretur exemplum inopinatum nobis ocium dedit &c. ¶ Vrnam. i. iudicium ipsum iudicum ex urno sorte lectorū: hoc autem ait: quoniam ut ostendimus in ultima satyra. Iudices erant centum quinq;. Vtq; indicat Asconius oratione pro Milone: coram accusatore ac reo pilæ in quibus nomina iudicum inscripta essent: æquabant̄: dein rursus postera die sortitio iudicū fiebat. unius &. Lxx. qui numerus quum sorte attigisset: illi protinus sessum ibant: tū ad dicendū accusator duas horas reus tres habebat. Reusq; eodē die illo iudicabat̄. Relinq̄bat̄ āt numerus iudicum qui sn̄ias ferrent Quinq̄gesimus & unus. ¶ Caluine: is quidē poeta fuit humilis. Mar. li. vi. æquales scri. uersus Caluinus: & umber. recēti: recens illuc est: qđ paulo an̄ deerit: ut inquit Cic. li. iii. tusc. ¶ De scelere: Quicquid nō oportet scelus eē. Quicquid nō licet nefas putare debemus. ut inq̄t Ci. in padoxis. ¶ Fidei uiolatæ: pditissimi ē hoīs simul & aicinā dissoluere: & fallere eū: q lesus nō esset: nisi credidisset. Vt inquit Ci. p sexto roscio: Et li. iii. off. ait: qui iusiurandū uiolat. is fidē uiolat quā in capitolio uicinā iouis optimi maximi ut in catonis ōrone ē: maiores nr̄i esse uoluerūt: idē quoq; li. i. rhet. inquit: ut locus in mari sine portu nauibus nō potest eē tutus: sic aius aicis sine fide stabilis ē nō pōt. ¶ Nec rara uidemus q̄ pateris Cice. ad Tici. li. v. epist. fam. ita inquit: Est āt cōsolatio puulgata quidē illa maxime: q̄ semp in ore atq; in aīo hēre dēmus: hoīes nos ut eē meminerimus ea lege nato oībus telis fortūæ ꝓposita sit uita nostra neq; eē recusandū: quo minus ea: q̄ nati sumus cōditiōe uiuam. Neue tam grauiter eos casus feramus: quos nullo consilio uitare possumus. euentusq; aliorꝝ memoria repetendis nihil accidisse nobis noui cogitemus ¶ Fortunæ aceruo multos. n. casus fortūa hēt. ¶ Flagrantior. ardentior maior uehementior. ¶ Viri. i. prudentis & magnanimi unde ab uiro dicta est uirtus: ut inquit Cic. & philo. li. iiii eth. ait: q; magnanimus neq; uehementer in prosperitate lætabitur. Neq; nimiū in aduersitate dolebit. ¶ Quāuis p q̄tūuis leuiū. ¶ Vix ferre potes. Difficile est enim tacere: quum doleas: ut inquit Cice. pro sylla. ¶ Sacrum propter adhibitum: scilicet iusiurandum. in quo ut Ci. inquit lib. iii. off. Non metus sed quæ uis sit debet intelligi est enim iusiurandum affirmatio religiosa. quod autem affirmatiue quando deo teste promiseris: id tenendum est. Paulo item inferius sic ait. Nullum enim uinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. Id indicant leges in duodecim tabulis. Indicant sacratæ indicant fœdera: quibus & cum hoste deuenitur fides. Indicant n̄ationes: animaduersionesq; censorum: qui nulla de re diligentius q̄ de iureiurando iudicant. ¶ Depositum. Aristoteles particula decimaoctaua problema. petit. Cur depositum denegare iniquius sit q̄ mutuum. An q; amico iniuriam facere turpe est: depositum igitur qui negat amico iniuriam facit. uullus enim quicquid deponit nisi credens confidensq;. At is cui debetur: amicus non est: non enim mutuo concedit: sed uere dat qui amicus est. An quia maior iniuria committitur: præter damnū enim fides negligitur. Cuius gr̄a q̄uis nil aliud cogat: abstinendum ab iniuria est. ¶ Stupet miratur relicta scda persona ad tertiam loquitur: de eadem intelligens ad quā illico redit. dicens. ¶ At nihil in melius tot rerꝝ ꝓficis usū. Fōteio consule natus Sueto. de Caligula inquit. C. Cæsar natus est pridie cal. septem. pr̄e suo & Ci. Fōteio capitōe consulibus. Et plini. li. vii. c. xxi. sic nuperq; fonteio: & Vipsano consulibus: annos. viiii. genitū puerū a meridie ad uespum. lxxv. Milia passuum cucurrisse. ¶ At nihil in melius: Caluinū ignauiæ arguit: q; sibi non redditum depositum stupuerit: cū sæpius illud idem multis acciderit. cunq; iam senior sit: tam leuia nō didicerit pati. ¶ Magna sunt. scilicet laudat āt fortes uiros qui damna cuncta atq; incommoda spernunt.

Exemplū
iudices.
Cy.
recens
Scelus
Nefas
Fides
iusiurādū
Fides
necessaria
Fortunæ
tela
Virtus
unde
Magnanimus
iusiurādū
Depositū
denegare
Funteius
Consul
sapientis
patiētiam
Fortitudinis ꝓpriū

DOM.

¶ Domitius Calderinus Veronensis in. xiii. Satyra Ad Iulianum medicen.

Q Vis:penultio loco hæc satyra edita.ẽ a Iuue.sed librariorũ culpa i finẽ trãslata quẽ errorẽ ex codicibus antiquis facile dignoscas:hanc scripsit cum primum uenit in ægyptum in Paridis pãtomimi iuidiã a quo relegatus fuerat falsa honoris specie cohortis præfect⁹.primũ subobscure calamitatẽ suam designat.tũ laudat commoda militiæ ne paris miserũ eum putet & infelicem:quod maxime optabat:ad gallũ amicum scribit.℄ Militiæ fœlicis:nõ calamitosæ qualis est mea.℄ Subean

MAN.
Militiæ honor
Arma tenẽda
Pauor
Formido
Timor.
Terror
Sollicitudo
Angor
Dolor
Tyro
Fatorũ
statua
Mars
Iunonis
Samos
DOD

tur prospera castra.i.si daretur ut iremus in castra sine calamitate ut nunc ueni ℂ Porta nam duæ erant castrorum portæ:quarum altera decima dicebatur. ℂ Excipiat optantis est. ℂ Pauidum epitheton tyronis. ℂ Secundo sydere:non aduerso ut nunc ueni. ℂ Marte:a quo diligit Venus. ℂ Samia genitrix.i.Iuno mater martis q̃ colitur in samo:nam ut scribit Oui.in Fastis natus mars ex Iunone.facta grauida tactu florum. ℂ Quæ delectatur harena:alii aliter exposuerunt.ego intelligo esse allusionẽ nominis ad samũ:ut dicat Iuno samia q̃ delectat̃ samo.nã ἄμμος significat harenã unde samos:strabo tñ samum putat appellatã a summitate:quia inde spectatur Ida & regia Priami:uel a saiis priscis thraciæ cultoribus quorum etiam meminit Archilochus. ℂ Togatus.i.qui non est ascriptus in militiam.

MER.



Quis numerare queat felicis præmia gallæ militiæ: Quæ sint militantium commoda: & quanta illorum libertas ad gallum scribit. Sed illud añ oĩa p̃fatur militi necessariã esse syderis benignitatem:& fati clementiã:sine qua nec gloriosa:nec utilis militia hẽtur. ℂ Et samia genitrix.martem scribit Ouidius ex Iunone genitum contactis deæ genitalibus flore:quẽ zephyrus uim generandi hẽre ostenderat Chloridi uxori quam latini floram uocant. ℂ Samia harena. Samon ioniã significauit.i qua nuptias cum ioue fecit. Vñ hanc supramodũ dea amauit:ubi pie in tẽplo opulentissimo colebat̃. Est ãt insula in mari icario:ex aduersum miletos:ad occidentem eius sita:cuius ager (Vt Apuleius scribit) cũ frumento piger sit.aratro irritus:fecundior oliueto nec uinitori:nec oleri scalpitur. Ruratio oĩs in sarculo & surculo:quorum prouentu magis fructuosa est insula q̃ frugifera:ex hoc puto poeta arenam samiam appellatam:quippe significaturo per arenam sterilitatem insulæ. ℂ Togatus:ad differentiam sagati & armati. Nã domi toga:belli uero sagis utebantur. ℂ Et nigram in faciem tumidis liuoribus offam.hoc dixit quia offæ sigiliniæ non modo commendabant faciem:sed & sugillatis prodesse feruntur.

Vnde mars natus
Samos
Ionia
ruratio
Toga
sagum

VAL



Quis numerare queat fœlicis præmia galle militiæ.ad gallũ de militũ cõmodis & icõmodis eorũ qui cũ militibus aliquid cõtraxerint:scribit licet tñ suspicari hanc satyrã nõ esse Iuuenalis:nã in plærisq; antiquissimis codicibus nuspiã est. ℂ Prospera ca.mihi futura ꝓpicia. ℂ Me pauidũ excipiat.tironem rudẽ militẽ. ℂ Secũdo si.fauẽtibus fatis. ℂ Quã si nos ne. cõmendet epistola marti.q̃ in fabulis a marte dilectissima scribit̃. ℂ Et sa.ge.q̃ delectat̃ ha.martẽ Iuno ex Ioue susceptit ut in.v.iliados ad martẽ Iupiter μητρός τοι μένος ἐστιν ἀάσχετον οὐκ ἐπιεικτὸν ἥρης. ℂ Et subdit.ἐκ γὰρ ἐμεῦ γένος ἐστὶ ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ.at in fastis Ouid.ex Iunone tm̃ genitũ uideri uoluit. ℂ Quæ delectat̃ harena:periphrasticos Iunonẽ dedit intelligi q̃ sami colebant̃. Vir. Quã iuno fertur terris magis omnibus unam.post habita coluisse samo. ℂ Quæ delectatur harena.qm̃ samos arida & fabulosa est ea delectatur ꝙ locus sit editus & multo aere circunfusus.ergo samia harena pro harenosa samo dictũ. ℂ Et nigram in faciem tumidis liuoribus offam.carnis ob illatum ictum tumorẽ offam dicit. ℂ Atque oculos medico nil promittente relictos:ꝙ de eorum salute nil sibi audet polliceri.

MAN ℂ Punire:ulcisci. ℂ Volenti.s.togato. ℂ Bardyacus calceus.idest ciliceus.dicunt enim Bardyacum eẽ sagum in militare ex cilicio.hinc Bardyacus.ca.cũ. hoc loco.designat̃ autẽ Centurio.qui calceis ciliceis qñq; utebantur. ℂ Iudex. Vegetius libro.ii.c.ix.ait sic: proprius aũt iudex erat p̃fectus legiõis. habens continue primi ordinis dignitatẽ:qui absente legato tanq̃ uicarius ipsi ut potestatẽ maximã retinebat tribuni uel cẽturiones cæteriq; milites eius p̃cepta seruabant. Vigiliarũ siue p̃fectionis tessera ab eo patebatur:similes crimen aliquod admisisset auctoritate p̃fecti legiõis a tribuno deputabat̃ ad pœnã &c. ℂ Grãdes suræ:tibialia grãdia.id ãt ait qm̃ solebat eligi Cẽturio:q ect magnis urbib⁹:& ꝓcera statura.qđ & Modestus oñdit. Suræ aũt proprie dicunt̃:q̃ carnis copia parte tibiæ posteriore cõplent̃. Vt interpres phi.lib.ii.de aialibus scribit. ℂ Subsellia:de subselliis:tribunalib⁹&c. Latius supra ℂ More camilli seruato. Camillus in obsidione ueiorũ instituit.ne milites extra uallũ litigarẽt:quo sp mãdatis cõsulis cõtra hostes pugnaturi p̃sto eẽnt.de quo Liuius li.v. ℂ Iustissima:alterius uerba sũt. ℂ Cognitio.inquisitio examen. ℂ Tota cohors.tñ ẽ inimica poetæ uerba.hinc optime Ennius teste gellio lib.xix. c.ix.inqt:pellit̃ e medio sapientia:ui gerit̃ res: spernitur orator bonus:horridus miles amat̃. ℂ Tñ quis iustus Centurio fuerit. ℂ Cohors: Vegeti⁹ scribit li.ii. ꝙ prima cohors (nã decẽ erãt in legione) pedites hẽbat.c.v. Equites loricatos.ca.xxxii.reliquæ pauciores habebant. De cohorte plura diximus in sat.i.ibi. Curã sperare cohortis. ℂ Manipli. Manipulus auctore Modesto & Vegetio lib.ii.dicebat̃.qa cõiunctis manibus pariter dimicabãt Erat ãt peditũ continebatq; secundum alios peditos.cc.nã in legione erant Centuriæ.lx.Manipuli.xxx.cohortes.x.ut cynthius li.vi notauit

Iudex militũ
cẽturio
suræ
Milites amatur
cohors
Manipulus
Legio
Cẽturiæ

Bardyacus iudex datur hæc punire uolenti
Calceus: & grandes magna ad subsellia suræ
Legibus antiquis castrorum: & more camilli
Seruato: miles ne uallum litiget extra:
Et procul a signis: iustissima centurionum
Cognitio est igitur de milite; nec mihi deerit
Vltio si iuste defertur causa quærelæ.
Tota cohors tamẽ est inimica: oĩsq; manipli
Consensu magno officiunt; curabit ut sit
Vidicta grauior: q̃ iniuria; dignum erit ergo
Declamatoris mutinensis corde uagelli:
Cũ duo crura habeas offendere tot caligatos
Milia clauorũ quis tam procul absit ab urbe
Præterea quis tã pylades molẽ aggeris ultra
Vt ueniat̃; lachrymæ siccentur ꝓtinus: & se
Excusaturos non sollicitemus amicos:
Da testem iudex quem dixerit; audeat ille
Nescio quis pugnos uidit; qui dicere uidi

auctore

auctore gellio lib. xv. c. iiii. De Maniplis ꝑterea Oui. li. iii. fast. sic pertica suspensos portabat lõga maniplos Manipu
uidelicet fœni. Vnde Maniplaris nomina miles habet. ℂ Curabitis uos togati & offēsi. ℂ Ergo si talia tor li cohor
te curabitis. ℂ Vindicta grauior. Vindicta nominatiuus ē. ultima hic producit sequenti positu. ℂ Dignū tes
res digna. ℂ Corde: audacia & temeritate. quare miles nõ timeret. Pli. li. xi. de corde ait. ꝙ bruta existimant
aialium. quibus durū riget. Audacia quibus paruū est pauida quibus prægrande. ℂ Declamatoris uagelli:
illius temerarii causidici. malas. n. causas agitabat. & periculo obiectans: qualis hæc foret si inermis militē ac
cusaret. ℂ Tot caligatos. i. tot manipulares milites. Erat. n. manipularium caliga. Sueto. nāq; scri. hoc mō
Caligula cognomē castrensi ioco traxit: qa manipulario habitu inter milites educabat. ℂ Milia clauorū. clauata
i. tot milites: q tibialibus utunt multis clauis impactis. Clauata iquit festus dñr. ut uestimenta clauis intexta
aut calciamenta clauis infixa. ℂ Ab urbe. i. ab urbanitate & prudētia. ut putet id agendū esse. ℂ Tam pila
des. tā amicus uti oresti pilades fuit pro quo sanando tauricæ ara periculū subire uoluit: tibi. n. diximus q̄sq;
hospes mactabat: & furiosi sani fiebant. Cūq; fuisset Orestes dicimus: dicebat pilades nõ uerū esse. nam ipse
decimus. Id aūt ut pro amico moreret agebat. Quā rē plene scri. Naso li. iii. de põto. ℂ Quis tā pilades &c. amicitia
Cõtra hāc sententiā Lælius ciceronianus est. ait enim. Ego uos hortari tantū possum. ut amicitiā omnibus
rebus humanis añponatis. Nihil. n. tā naturæ aptum. tā cõueniens ad res uel secundas uel aduersas: sed hoc
primū sentio. nisi in bonis amicitiā esse nõ posse. ℂ Mollem aggeris ultra. i. intra castra. ℂ Protinus statim
accepta iniuria. ℂ Lachrymæ siccentur. Nulla fiat q̄rela. Nemo enim defendere togatos audebit cõtra mi
lites. ℂ Nõ sollicitemus: nõ uexemus. ℂ Amicos: ipsos milites inter se amicos. Dicunt aūt amicitiā mutuā Amici-
beniuolentiā esse. ut scr. Phphilosophus li. viii. eth. At cicero sic. Est aūt amicitia nihil aliud: nisi oium diuina tia quid
rum humanarūq; rerum cum beniuolentia & charitate summa cõsensio. ℂ Excusaturos se apud cēturionē
scilicet. ℂ Da testem: ostendit ꝙ togatus si posset testem producere. nullus præbere auderet milites testimo
nium aliquod uerum. Ipsi uero milites facillime falsos inuenirent in eorum auxilium. ℂ Quem dixerit: sup
ple admittere uelle. ℂ Audeat ille: ordo est. ℂ ille nescio quis: qui pugnos uidit: audeat dicere uidi. ℂ Vidi uidem⁹
Videmus proprie animo. Oculis cernimus: confunduntur autem. Cicero ad Aulum Torquatum libro Cerni-
sexto. epi. fam. Summa tñ eadem est: idem exitus: quem ego tā uideo aio: q̄ ea q̄ oculis cernimus. mus
ℂ Bardyacus: hūc locū deprauatū emēdauim⁹ codices. n. fermeoēs hñt. Bardaycus: ut ēt Fiden. legit affir DO.
mās eē propriū nomē iudicis & nescio q̄s fabulas afferens: licet demū addiderit sñiam nostrā, sed cõfusam &
impfectā: a ueteri. n. & stulta discedere nõ poterat: nos bardiacū legim⁹ ex uersu Mar. lassi bardyacus ꝙ euo
cati. bardyacus. nē sagulū militare ex pilis caproꝝ: ut ex Var. Vir. Columela illic dixim⁹: discit ab hirsuta
iaculū torq̄re capella: hic accipi bardyacū epithetō calcei: ut ex habitu designet cēturionē q & calceis ciliceis
utat & grādiorib⁹ tibialibus talas calcet udones apud Mar. inscribunt. ℂ Calceus bardyacus. i. ciliceus &
grādes suræ: dat iudex. i. cēturio utens calceis bardyacus & grādib⁹ tibialibus eligit iudex tibi togato si uo
lueris accusare militē a quo sis pulsatus. q. d. miles de milite erit iudex & ei fauebit. ℂ More camilli: nam ca
millus post septimū annū ueientanæ obsidionis cū illuc missus esset ut acrius obsessos urgeret: quos deci-
mo tādē anno redegit in ditionē: milites in castris diligētissime cõtinuit nõ patiens eos euocari ulla: uel iudi
cii: uel aliarū reꝝ necessitate. ℂ Iustissima cognitio cēturionū. i. merito igit cēturio eligit iudex q̄bus uerbis
ostendit se eo loco designasse cēturionē ubi ait bardyacus datur hæc &c. ut exposuimus: nam hoc ad illud re
fertur. ℂ Corde uagelli: uagellum sui temporis audacissimū notat causidicum q malas causas audebat su-
scipere ingens: psuasio ista & defensio ut. s. cum sis togatus & inermis audeas offendere accusando militē bo
ni oratoris nõ est sed temerarii qualis est Vagellus mutinēsis. ℂ Tot caligatos. i. tot manipulares nam ca-
liga erat manipulariū: ut scribit Tranquillus. Caligula inq̄t dictus est q̄m manipulari habitu inter milites ē
educatus. ℂ Tot milia clauoꝝ. i. tot milites q tibialibus utūt multis clauis fabricatis: quod i armis Achillis
sci. Hom. ℂ Tā procul ab urbe. i. qs est tam rudis & rusticus ut hoc ignoret non esse agendū. ℂ Tā pila-
des. i. qs est tā amicus uolens subire periculū ꝓ amico ut pilades ꝑ Horeste. ℂ Vltra mollē aggeris. i. itra ca
stra. ℂ Amici. togati. ℂ Lachrymæ siccent: oñdit nullū genus fauoris i iudicio esse togato aduersus militē
esto inquit omittamus ꝙ non possis flere & lachrymis tuā causam facere miserabilem: esto ꝙ non possis ad
ducere amicū: quia nemo audet uenire: si ēt iure agere uelis tes destitutus omni ope. nā esto ꝙ iudex etiā ue
lit admittere testem tuum: qui uiderit te pulsari. Nullus erit testis qui audeat illud testificari: hūc totū sensū
ignorarunt. Fidentinus & eius præceptor legentes. da iudex dixerit testem: quem subaudi das & ita sensum
confundentes. Nos uero ita exponimus da testem idest esto ꝙ a te sit producendus testis uerberum tuorum
quem iudex dixerit se accepturū. nam do dico: addico: tria uerba erant iudicis ut est apud Macrobium.
ℂ Bardyac⁹ iu. hūc magnam uirū hoium itelligere licet: q militū iras: atq; minas cõtēneret: quē clamosū & MER.
uæhemētē i agēdis causis. Mar. notauit Lassi bardiacus qđ aduocati. ℂ More ca. camillus istituit: ne milites Bardya
extra uallū litigarēt: ut semp mādatis cõsulis cõtra hostes pugnaturi psto essent. ℂ Cognitio. militū cās cen cus
turio uelut pfect⁹ & ptor cognoscit. ℂ Oēsq; manipli. manipli pprie militū dñr & erār i legiõe manipuli tri Manipu
ginta. Dictus ē aūt manipulus qđ imperante Romulo manipulo pro signis uterent in exercitu. Vnde no- li
bilis poeta in fastis. Pertica suspēsos portabat lõga maniplos. Vñ maniplaris nomina miles hēt. ℂ Corde
uagelli. & hūc improbū: & declamātē tabulā hinc colligere possumus. Vt q milites nõ uererēt aiositate sua
quæ a corde pficisci. ℂ Caligatos: a militari caliga caligatus. Vñ dictū est in iure a caligato milite: & cali- Caliga
gatum militē accipere debemus. ℂ Milia clauoꝝ: claui militari caligæ suffigebantur: ut in historiis legimus Claui
unde supradixit. Planta mox undiq; magna. Calcat & in digito clauus mihi militis hæret. ℂ Absit ab urbe. milita-
a b urbanitate ciuili more quippe temerarius & impudens. ℂ Pilades. amicus: ut pilades Orestem dilexit. tes

VAL. ¶ Bardyacus iudex dat̃ hæc punire uolenti. qui horum litem dissoluat rerum ignarum & rudis iudex datur de militibus unus: bardyacus a bardo quod per transpositionem litteræ. r. a græco βραδὺς factum est qua & græci utuntur figura. Home. i tertiodecimo iliados βαρδίστοι ἔεν χαροι ἐσαν καλὶ τρίχεσσιν ποι. qđ ad aium transfertur. Cice. de fato qd socratẽ: nõne legimus quemadmodũ zephyrus notauit physognomõ q̃ se profitebatur hoium mores naturasq̧ ex corpore: oculis: uultu frõte pnoscere stupidũ eẽ socratem dixit & bardum qđ iugula concaua non haberet obstructas eas partes & obturatas esse dicebat. Plautus in persa. nimis tandem equidem pro barda & ꝓ rustica reor habitã esse abste. ¶ Calceus. calceati milites ferro. ¶ Magna ad subsellia. ad tribunal. ¶ Suræ surati & cruribus ualidi milites. ¶ Et procul a signis: a uexillis. ¶ Iustissima cen. cognitio est igitur de milite, deest si ut sit: si iustissima. erant uero centuriones ut inqt Vegesius qui singulas procurabant centurias qui a numero militũ ita sunt appellati. ¶ Si iuste defertur cã q̃relæ. si cui facta tãdem recognoscit̃ iniuria. ¶ Tota cohors. q̃ sub eo cẽturione militat. ¶ Oẽsq̧ manipli. manus militũ manipli uel collecti uiri. Sisenna in tertio historiaꝝ cõiter tñ & tpa singula cõstituit & sicut steterat maniplos obuerti iussit. ¶ Cõsensu ma. offi. nocent & sese opponũt & quasi obsistũt. Dignũ erit ergo declamatoris mutinensis corde uagalli. sapientia uagalli cũ se ueris parabat dicẽdis causis. ¶ Cum duo cru. ha. cũ sis solus. ¶ Milia cla. armatorũ qđ arma clauis cõpacta sunt. ¶ Offendere tot cali. armatos. ¶ Vlpianus de his q in. no. ait p̃tor q ab exercitu demissus erit demissum accipe debemus militẽ caligatũ uel si quis alius usq̧ ad cẽturionẽ uel p̃fectũ cohortis uel alæ siue legiõis. ¶ Quis tã procul absit ab urbe. tam inurbanus & rusticus. ¶ Quis tam pilades. amicus ut oreste pilades. ¶ Molem aggeris. uallum.

Et credam dignum barba: dignumq̧ capillis
Maiorum: citius falsum producere testem
Contra paganum possis: q̃ uera loquentem
Contra fortunam armati: contraq̧ pudorem
Prẽia nũc alia: atq̧ alia emolumẽta notemus
Sacramentorum: conuallem ruris auiti
Improbus aut campũ mihi si uicinus ademit
Aut sacrum effodit medio de limite saxum
Quod mea cũ uetulo coluit puls annua libo:
Debitor aut sũptos pegit nõ reddere nũmos
Vana superuacui dicens chirographa ligni
Expectandus erit qui lites inchoet annus
Totius populi; sed tunc quoq̧ mille ferenda
Tedia; mille moræ. totiens subsellia tantum

MAN ¶ Dignũ barba & capillis maioꝝ. i. seueritate grauitateq̧ antiquoꝝ. Barba etenim ostendit atrocem animũ qui quidem pro seruanda iustitia nil metuit. ¶ Paganum. i. togatũ: & rusticũ & ab militia remotũ. ¶ Fortunã fœlicitatem. ¶ Pudorem honestatem. ¶ Sacramentorũ. i. legitimoꝝ militũ. erat eni legitima eoꝝ militia: q singuli iurabãt ꝓ rep. se esse facturos: nec discedebant nisi cõpletis stipendiis. i. militiæ tpibus & sacramẽtũ uocabat̃. latius tñ hæc lib. viii. æneid. seruius meminit. Illis aũt q sacramento nõ tenebant̃. licet in castris uersarent̃: tñ nec hostes ꝑlio lacessere: nec ferire fas erat. qđ Cato senior in epist. quadã ad filiũ scribẽs ostendit. Monet enim si missus factus sit: & militiæ tp̃s cõpleuerit: ad urbem ut redeat: aut si rẽanere in exercitu uelit. ab impatore impeteret. ut sibi aduersus hostẽ pugnare & eũ interficere licet. Id an ideo est institutũ qđ nisi ñecessitate coactũ hoiem occidere nõ liceat: qđ qui nec legitime: nec iussus faciat. homicida habend⁹ sit &c. Auctor est Plutarchus i ꝓble. Meminit. & Cic. li. i. offi. ubi quidẽ tractat duo genera decertãdi. ¶ Mihi: ñ militãti. s. ¶ Quod mea cũ uetulo coluit puls ãnua libo. hoc ait: qm̃ ut scribit Dionysius li. ii. Põpilius iussit unũ quẽq̧ circunscribere fundos suos: sacrosq̧ finibus lapides apponere: lapidesq̧ ipsos sacrauit: ioui terminali: statuit deinde eis sacra qũot annis oẽs die cõstituta facere sup locũ ipm coeuntes. sacrificabãtq̧ eis nõ animatũ aliquot: neq̧ enim piũ ẽ cruẽtare lapides. sed pultes & liba atq̧ alias quasdã fructum primitias. hæc ex Dionysio. plura tñ diximus i carmie epodõ ode secũda. ¶ Chyrographa: dicunt̃ a χείρ quod ẽ manus: & γραφη scriptura. Pedianus aũt ait. Inter syngraphas & chyrographa hoc iteresse. qđ in chyrographis tantũ q̃ gesta sunt scribi solent. In syngraphis ẽt cõtra fidẽ ueritatis pactio uenit & nõ numerata quoq̧ pecunia: aut nõ integre numerata pro tẽporalia uoluntate hoium scribi solent. ¶ Ligni: tabellæ: pugilaris. ¶ Annus. i. anni terminus: uel lõga mora: ut fere annus uideat̃: qua qdẽ omnib⁹ ius redderet̃. sed militib⁹ omni tpe ut dicit inferius p̃stabat̃ agendi tp̃s totius populi id ait qm̃ ex oibus tribubus iudices eligebant̃. q totũ populũ referebãt. Vñ Asconius li. ii. Verrinaꝝ: ubi Ci. ait. Quinq̧ &. xxx. exponit ac per has totus popul⁹ romãus. Dictæ aũt sũt tribus a tributo dãdo: Aut qa prio tres fuerũt. Vñ etiã tribũi dicti. Taciẽsis una a Tacio rege Ramnes altera ab Romulo luceres altera ab luco mẽte. siue lucretio. siue ab luco quẽ asylũ uocauerat romulus. ¶ Tũc. postq̃ uenerit agendaꝝ litium & causaꝝ tp̃s. ¶ Subsellia: iudicũ sedes. Vnde & Pli. li. ii. epistola ad maximũ ita inqt hæc p̃cio ternis denariis. s. q̃libet numerosa subsellia implẽt̃. de subsellis cẽtũuirũ intelligens uti & hic Iuuenalis: festus uero Centũ quinq̧ iudices fuisse oñdit. ait. n. sic: centũuirilia off. iudicia a centũuiris sunt dicta. Nã cũ essent romæ. xxxv. tribus. q̃ curiæ sunt dictæ: terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicãdũ. qui centũuiri appellati sunt. & licet qnq̧ amplius q̃ centũ fuerit: tñ quo facilius nominarentur. Centũuiri sunt dicti: De curis ãt. xxxv. idem Festus late scribit. Quomõ uero forte eligebantur uideto in sat. xiii. in principio. ¶ Totiens subsellia tm̃ sternuntur: nec. n. iudicia exinde dabant̃ hoc aũt ait qm̃ sæpe numero accidebat: ut auctores causarum noctis aduentu. Causæ actionẽ explere non possent: hinc ait Pli. li. iiii. epistola ad ursum: Actionem meã ut ꝑlia solet: nox diremit ægerã horis tribus & dimidia: superat sesquihora. Nã cũ ex lege accusator sex horas nouẽ reus accepisset ita diuiserat tempora reus inter me & eum qui dicturus post erat. ut ego quinq̧ horis ille reliquis uterentur &c.

Militia legitima

termini sacra

Chirographa

Tribus unde taciensis ramnes luceres

Iudices cv. centum uiri

¶ Dignum

¶ Digni barba:nutriendus inquit erit inter auos & maiores nostros:qui seuerissimi fuere si ausus fuerit hoc testificari. ¶ Paganum.i.non initiatum militiae pagani.n.dicuntur non initiati.sed rustici & rudes. ¶ Sacramentorum.i.militum qui in militiam iureiurando sunt ascripti:& hoc uerbum opposuit ei quod dixit paganum. ¶ Expectandus erit:hunc uersum male ut puto a Seruio acceptum alii interpretes illum sequuti non uere exposuerunt: morem.n.fuisse aiunt ut initio anni perscriberentur:qui essent litigaturi toto anno:quorum causae nisi essent definitae alii non possent nouas lites inchoare.hoc & nusquam repperi & per absurdum uidetur:sed & decepti sunt'quod ait poeta. ¶ Totius populi:non intelligentes hoc referri ad centum uiros iudices nam centum uiri ex.xxxv.tribubus in quas totus populus erat diuisus eligebantur terni ex singulis:centum dicti.ut scribit pompeius quamuis essent centum & quinque hi iudicabant de tutelis:agnationibus:deposito:finibus:ut scribit Ci.aliisque ciuilibus causis:quales hic commemorat iuue.sed longis interuallis ad iudicandum conueniebant:nec.n.centum iudices facile cogebantur omnes: nec perpetuo ius dicebant: Iccirco lites quae apud eos agebantur in multam differebantur diem:Inde ita Tranqllus in uespasiano elegit qui iudicia centum uiralia quibus peragendis uix suffectura litigatorum aetas uidebatur extra ordinem diiudicarent: redigeretque ad breuissimum numerum: & in Domitiano ambitiosas centum uirorum sententias rescidit. ¶ Licet totius populi.i.quae aguntur apud iudices electos ex tribubus & toto populo. ¶ Annus:non duodecim menses hoc loco significat sed longissimam moram & interuallum iudiciorum centum uiralium ut illud apud Terentium: dum comuntur dum ornantur annus est:si inquit uolo agere causam aliquam ciuilem ut de finibus:de deposito:& id genus:necesse est expectem diutissime ante conueniant ad iudicandum centum uiri:apud quos.s.litigandum est. ¶ Sacrum nam sacra fiebant in finibus abrorum quae ambaruualia dicta sunt:qualia celebrat Tibullus quisquis adest ualeat fruges lustramus & agros. fiebant item sacra intra lapidem quem illic fuit aliquis finis agri romani locus est appellatus festi sacrorum amburbiale auctore Stra . & Pompeius.

¶ Paganum rusticum a pagis dictum:unde & pagatim aduerbium apud Liuium per singulos pagos in bello macedonico. ¶ Sacramentorum.eorum militum qui religione auctoritati militaret:& erant hi iusti milites.Nam alii dicti sunt tumultuarii:quando trepidante Italia uicino immo irruente hoste ad arma concurrebatur . Alii fuere euocati qui consulem sequebantur quotiens diceret. Quicunque uult rempublicam esse saluam me sequatur. ¶ Aut sacrum effodit medio de limite saxum.terminum significat:de quo haec Tibullus Nam ueneror seu stipes habet defossus in agro. Seu uetus in triuiis florida serta lapis . Huic sacrificabant agno.Horatius. Aut agna festis caesa terminalibus.Et in fastis. Spargitur & caeso communis terminus agno Coronatum autem(ut idem poeta ait)domini duo de parto diuersa frugibus: hoc est mola:& concisis fauis aspergebant. ¶ Qui lites inchoet annus.seruius in Virgilium sic enarrat propter multitudinem uel tumultum festinantium causae in ordine dicebantur. Vnde oportebat litigantes annum agendarum litium expectare. ¶ Mille tedia:quae litigantes quotidie patiuntur. Sed militantium causa extra ordinem agebantur abscisso nempe & celeri iudicio.

¶ Dignum barba dignumque capillis maiorum dignum grauitate maiorum quam prae se ferebant intonsi. ¶ Contra paga. rusticum. ¶ Improbus:petulans miles. ¶ Medio de limite.termino agrorum. ¶ Puls annua.quam singulis annis in sacrificiis adhibui. ¶ Libo uetulo.sacrificio quod pridem institutum est dum turis numinibus sacrificatur ¶ Expectandus erit qui lites inchoat annus:hoc dicit.erit expectandus qui cum milite litigat annus quo omnes dissolui lites solent. ¶ Inchoet incipiat compositum:ut Iulius modestus putat a chao rerum initio : Verius autem & Flaccus in postrema syllaba aspirandum probauerunt.choum enim apud ueteres mundum significare inde subtractum inchoare. ¶ Totiens subsellia tantum sternuntur.at iudex nullus uenit.

Sternuntur:iam facundo ponente lucernas
Ceditio:& fusco iam micturiente parati
Digredimur:lentaque fori pugnamus harena.
Ast illis quos arma tegunt & balteus ambit
Quod placitum est illis praestatur tempus agendi
Nec res atteritur longo sufflamine litis
Solis praeterea testandi militibus ius
Viuo patre datur:nam quae sunt parta labore
Militiae placuit non esse in corpore census:
Omne tenet cuius regimen pater: ergo coranum
Signorum comitem:castrorumque aera merentem
Quamuis iam tremulus captat pater:hunc labor equus
Prouehit:& pulchro reddit sua dona labori
Ipsius certe ducis haec referre uidentur:
Vt qui fortis erit:sit foelicissimus idem:
Vt laeti phaleris omnes:& torquibus omnes:

¶ Iam facundo ponente lucernas Cæditio: lacernas in antiquo textu legi per la.s.in pluribus tamen lucernas per lu.quod magis placet:Est.n.sensus quod causarum actores noctis aduentu e foro discedebant sine actione aliqua:cum parati ad dicendum essent.quod autem ita intelligendus sit ille locus ostendit.Plinius in epistola ad ursum ut patuit: dixit enim. Actionem meam:ut praelia solet:nox diremit:inde subiicit haec uerba:de Teophane causarum actore:dixit in noctem atque etiam illatis lucernis:patet igitur lucernas legendum non lacernas. ¶ Et fusco iam micturiente: alio iudice.qui diutius actiones audiendo iam lotii pondere grauabatur Vinosum demum ostendit. ¶ Parati:ad agendas causas. ¶ Digredimur:non enim agemus causam ipsam. ¶ Lenta arena: hoc ait quoniam iudicum sententiae prorogabantur habebatur etiam saepius causarum actiones.Praeterea causae ipsae pene infinitae erant quod Pli.li.iiii.epistola ad Valerium paulinum ostendit his uerbis. Proxime quum dicturus apud Centum uiros essem:adeundi mihi locus nisi a tribunali: nisi per ipsos iudices non fuit tanta stipatione caetera tenebantur &c. ¶ Pugnamus: gladiatorum more iter se pugnant causidici. ¶ Balteus ambit:quod milites cigulum e corio habebant bullatum:balteum dictum inquit Varro . ¶ Res gaza.

¶ Sufflamine.oppositione:ab rotis est metaphora:quae sufflamine atteruntur. Est.n.sufflamen quod rotae opponitur.ne recurrat. ¶ Testandi militibus ius. Viuo patre datur.filius familias testari non potest:etiam si pater con

Marginalia: DOM. — Centum uiri — MER. — Tria militie genera — Annus litium — VAL. — MAN. — Balteus — Sufflamen — testandi ius

sentiat: nisi de peculio castrensi: uel q̃si castrẽsi: de qbus ẽt ꝑter patris uolũtatẽ testari potest: Vt in capiti licet de sepultu: in. vi. filius autẽ familias dr̃ q ẽ in potestate p̃ris uel parentis: sicut filius emãcipatus dr̃: qui extra potestatẽ patris ẽ peculiũ castrẽse ẽ qd miles acquirit dũ militat in castris & illud est filii pleno iure: peculium q̃si castrẽse dr̃: quod aduocatus acquirit p̃stando clientulis patrociniũ in causis. Vel qd grãmaticus uel logicus: uel rhetor i scholis sua lucrat̃ opa & labore. ℂ Signoꝝ comitẽ. i. uexilloꝝ. ℂ Merẽtẽ militãtẽ & lucrãtẽ ℂ Captat: blãditiis: & pcib⁹ allicere tẽtat q̃ iure habere nõ poterat. ℂ Hũc militẽ. ℂ Aequ⁹. iustus labor ꝓuehit: auget: ad honorẽ producit. Similiter fere Cicero li. i. de oratore inquit: scribit enim. Iustus ac hõestus labor honoribus: præmiis: splendore decorat̃. Vitia ãt hominũ atq; fraudes: damnis uinculis ignominiis uerberibus: exiliis morte: mulctantur. ℂ Sua propria. ℂ Labori militari. s. ℂ Referre interesse. i. eẽ utilitati: & attinere ad ipsum ducẽ. ℂ Vt: q;. ℂ Qui. s. dux. ℂ Fortis durus & robustus. ℂ Idez dux. ℂ Fœlicissim⁹. Cicero in oratione de laudibus magni Pompeii sic ait. Ego enim existimo in summo impatore q̃ttuor has res inesse oportere. Scientiam rei militaris. Virtutẽ. Auctoritatẽ fœlicitatẽ. hinc & Cæsar li. vii. d̃ bel. gal. ita inquit. Imperatorẽ res aduersæ auctoritatẽ minuunt. ℂ Vt quo. ℂ Oẽs. uel equi uel milites. ait enim supius ut phaleris gauderet equus. Et tacitus li. xvii. de uitellii ingressu in urbẽ ait. Cæteri iuxta suam quisq; cẽturiã armis donisq; fulgẽtes: Et militum phaleræ torquesq; splendebãt. Vtq; in fine apparebit iamiã Dentatus phaleris sepius donatus est. ergo &c. ℂ Læti: supple sint. quod quidẽ euenit: quũ fœlicẽ habuerint Imperatorẽ: sic. n. uictoriã sæpe reportant. ℂ Phaleris. phaleræ equoꝝ ornamenta dicunt̃. Vir. li. v. prim⁹ equũ phaleris insignem uictor habeto: Latius aũt dictum est de phaleris in saty. xi. ibi Vt phaleris gauderet equ⁹ ℂ Torquibus: circulis aureis a collo: ad pectus pendentes. Vege. libro secundo scribit q; aliquibus Torquis aureus solidus uirtutis præmium fuit: quem qui meruisset præter laudem interdum duplas consequebatur annonas. plinius uero libro trigesimotertio. capitulo tertio scribit. q; romani auxiliares quippe externos torquibus aureis donauere. At ciues non nisi argenteis. Præterea armillas ciuibus dedere. quas non habebant externi. Gellius autem li. ii. c. xi. scribit sicinium Dentatũ strenuũ bellatorẽ ob ingentẽ fortitudinẽ appellatũ esse Achillem romanum: pugnasseq; in hostẽ Centum & uiginti præliis. Donatũq; fuisse Torquib⁹ lxxxiii. Armillis plus centum. lx. phaleris item quinquies uiciesq;. ℂ Oẽs uidelicet milites. Gloria lausq; Deo.

Margin notes: Filius familias / Emãcipatus / Peculiũ castrense / Peculiũ quasi castrense / Iustus labor / impatoris uirtutes / Phalere / torquib⁹ / armillæ

DOM. ℂ Lacernas lege non lucernas raro inquit iudicant centumuiri & cum quoq; conueniunt iudicaturi sedent ociosi donec Ceditius (hic autem fuit iudex temporibus Iuuenalis de quo ante est dictum) inquit ostentat lacernas suas tedio more affectus eas deponere cupit: & aurelius fuscus alter iudex & oblectatus post longã moram cupit meienus: huius iudicis ebrietatem notat ut Martialis Sextiliani Sextiliane bibis q̃tum subsellia quinq; & Ceditii ostentationem in lacernis carpit: fusci meminit Pli. aitq; eum fuisse motum equestri ordine. ℂ Parati digredimur: idest discedimus a subselliis centum uirorum non dicta causa sed tantum parati ad dicendum. ℂ Lenta harena. idest ante q̃ causam possimus agere in foro diu iactamur: quasi scilicet meditemur pugnam & simulacra belli: uenturi tandem aliquando in ueram litem. ℂ Longo sufflamine. i. longo ambitu litis. ℂ Coranum hunc ponit pro eo qui captatur æmulatione Horatii. Hor. Captatorq; dabit risus nasica corano. Corani alterius mẽminit Mar. sed hic pro eo tantum qui captat. ℂ Merẽtem æra castrorum: idest qui locupletatur stipendiis: laudat legem q; scilicet bona castrensia sint tantum filioꝝ. ℂ Torquibus: torques militares erant sumpti more a gallis. unde torquati. Strabo in decimo ita scribit similia sunt & quæ apud thraces celebrantur. Quæ cocytia & mendidia dicuntur apud quos & orphyca initiũ habuerũt ipsã sane Cocyn quæ apud edonios colit̃: & eius instrumẽta memorat Aeschylus. Hic manib⁹ bombicam tornatam tenens digitis tactilem modulos implet. Quo ex loco planum est. Aeschylum appellasse Cererem. Cocyn: quam Iuuenalis Cocyto dixit: nam ut testimonio Ouidii docuimus coniuncta erant Cereris cum Baccho sacra: cocytia sacra commemorat etiam Porphirio.

MER. ℂ Totiens subselia subselia erant auctore Pediano tribunorum triumuirorum quæstoruz & huiuscemodi minora exercentium iudicia: qui non in sellis curulibus: nec tribunalibus sed in subseliis considebant. ℂ Ponente lucernas seditio. magnitudinem actionis significat: quæ per diem peragi nõ posset: sed ad lyhcnos accensus audiretur orator: & causa cognosceretur: aut ut Tertulianus: quia læti ob uictoriam: aut aliam causã diem lucernis infrigebant: quod nunc Ceditius: ceu plane uictor præparat. ℂ Fori pugnamus harena metaphora a gladiatoribus qui in harena digladiabantur. Et enim qui litigant ita se componunt in pugnam forensem quemadmodum gladiatores in harena. ℂ Lenta. quia non statim sententia fertur. ℂ Res atteritur. patrimonium absumitur. ℂ Sufflamine. mora & inhibitione quadam. Sed in hac parte Iuuenalis cõperẽdinationẽ & ampliationem tangere uidetur: per quas in longum causæ trahebantur: & de qbus hæc asconius Cõperendinatio est ab utrisq; litigatoribus inuicem sibi denunciatio in perendinum diem. Namq; cum rez aliquam agerent litigatores & pœnas sacramenti peterent poscebant iudicem qui dabatur post trigesimum diem: quo dato. Deinde inter se comperendinum diem: ut ad iudiciũ uenirent denũciabãt. Quo cũ esset uẽtum antequam causa ageretur: quasi per iudicem rem exponebant quod ipsum dicebatur causæ coniectio: quasi causæ suæ in breue coactio: alii sic. Inter comperẽdinationem & ampliationem hoc interest quod cõpendinatio ex una tm̃ repetitur: cum ante iudex non intelligeret: & omnino suaderetur iudicibus bona cã: absoluebãt eã: si mala nõ stati dãnabãt sed hac excusatiõe pcebãt. Nã cũ nota cõdẽnãdi eẽt. C. absoluẽdi. A ampliãdi signũ. N. L. dabãt: qd significabat nõ liq̃re uñ ãpliatio nata. Hic apd Liuiũ legius reos multos ampliatos. Et Valeri⁹ maxius tradit: interdũ octies cãs ãpliatas fuisse. ℂ Nõ eẽ i corpe cẽsus. peculiũ hoc castrẽse dr̃: cuius fili⁹ p̃re uiuo: ius & arbitriũ p leges hẽt. Vñ merito corannũ stipẽdia merẽtẽ pr̃ captat. ℂ Castrorũq; æra merẽtẽ. hoc ẽ militãtẽ: nã meret̃: militat̃ ẽ. Luc. ære merẽt puo. Suetõi⁹ Pria stipẽdia meruit. ℂ Vt

Margin notes: Tertulianus / Compendinatio / Causæ cõiectio / Ampliatio / peculium castrense merere

æti phaleris. phaleræ ornamenta militaria: alio uerbo græci dicunt promethopidas: quibus frons equorũ ornatur: declinantq; numero plurali ταφαλαρα genere neutro. ℂ Torquibus mili. item torquibus aureis donatos sæpissime legimus nam & apud Vege. Torques aureus solidus uirtutis præmium fuerat: quem qui meruissent præter laudem interdum duplas consequebantur annonas. Torques aureus

ℂ Ponente la. cæ. quem supra iudicem fuisse diximus. ℂ Fusco iã micturiẽte. utpote ebrio. ℂ Parati digredimur ne nobis obiiciat q tpi in iudicio non affuerimus. ℂ Lentaq; so. pu. are. q qui litigent pugnæ simili dinem habeant: ita Cice. in bruto. phalerius enim successit eis senibus adolescens eruditissimus ille quidem horum omnium sed non tam armis institutus q̃ palestra ita delectabat magis athenienses q̃ inflammabat. processerat enim in solem & puluerem non ut e militari tabernaculo: sed ut e theophrasti hominis umbraculis. ℂ Agendi. litigãdi. ℂ Nec res atteritur longo sufflamine litis. longa rei mora per translationem. nam currus sufflamen tenet ne procurrat longius. ℂ Non esse in corpore census. eorum quæ censerentur. idest patrimonio relinquerentur quæ bona iurisconsulti castrensia uocant. ℂ Ergo coranum signorum comitẽ. de quo Horatius Tempore quo iuuenis parthis horrendus ab alto Demissum genus ænea tellure mariq;. Magnus erit forti nubet pcera coranno. Filia nasicæ metuentis reddere soldum. Tum gener hoc faciet tabulas socero dabit atq; Vt legat orabit: multum nasica negatas Accipiet tandem & tacitus leget inuenietq;. Nil sibi legatum præter plorare suisq;. ℂ Castrorumq; æra merentem. qui pro laboribus meritas in castris accipiebat annonas. ℂ Iam tremulus. senio confectus. ℂ Hunc labor æquus prouehit: sublibem facit. ℂ Hoc referre uidetur. ad ipsum maxime ducem attinere. ℂ Sit fœlicissimus idem. q fœlicibus uideatur imperare. ℂ Vt læti phaleris omnes: & torquibus omnes: ut qui pro uictoria corpus suum totiens periculis obiectauit is meritis eminentioribus apud imperatorem excellat & excellentissimis muneribus eniteat. VAL.

Finis in in Decio Iunio Iuuenale Aquinate commentarii domini Georgi uallæ Placentini.



Nigil mihi in toto opere perficiendo molestus fuit q̃ quod Fidentinus ita plerunq; occurrebat suis ineptiis: ut eas refellere pigeret: Nam quum scripta nostra aliquando legisset. quæ a ducentis ferme auditoribus excepta sunt: hoc anno brotheo duce & præceptore suos commentarios: quos olim ei dicauerat: emendare conatus est. Quos facile agnoscas. Nam ubi in ueram incidit sententiam quam a nobis accepit: suam illam ueterem proponit. falsam q̃dem & ridiculam: tum aut meam non probat quam non percipit: aut alios aliter sentire affirmat. Recte quidem: nam quotiens bene sentiendum est ad alios refert auctores. ipse enim bene nunquã sensit nisi quum nuper ex acadæmia romana magno auditorum consensu explosus in triuio ludum aperuit: ad prima rudimenta tradenda uix receptus. Sed ita me deus amet: pudet de hoie uerba facere. Est enim non modo indoctus sed etiam. quod ex eius scriptis facile agnoscas: parum prudens: ab omnibus ludibrio habentur. Brotheum excipio: qui similis ingenii: & doctrinæ hominem magnificat. ridebam⁹ nuper cum quibusdam iuuenibus doctissimis: quum Fidentini paradoxa in manibus essent. nam sponsione certa in prima pagina eius quinternionis. quem forte exciperent: tres errores indicaturum pollicitus sum quod profecto tam faciliter egi: ut ex primis decem uersibus quottuor sese obtulerint. Quid omnes numerum. Sunt enim prope infiniti. Vna litura totus liber emendari potest: ut lepidissimus poeta ait. Quod Coraules sit proprium apud Tranquillum in Nerone. Quod Glunicus apud Mar. legatur a Clunia oppida hispaniæ: ubi nos Clinicus legimus pro medico: Quod Zelotæ sit armeniæ populi. idq; scribat Mar. transcurrunt Zelotæ leuesq; lances. quum illic Gabatæ legatur. Quod Crispinus piscator fuerit Neronis filius. Sed nolo aliis redarguendi & ridendi materiam omnem præcipere in iis quoniam aliter nos scripsim⁹: ait se centũ loca repræhendisse portentea sunt quæ multis ẽt auctoribus aut falso aut non necessario noiatis in Iuuenalem edidit. & plane paradoxa quod ipsa inscriptione ingenue fassus est. Sunt enin παραδοξαν. Et sententiam Iuuenalis. Equidem hæc non scripsissem. si in urbe tantum de hoc ageretur: ubi contemnitur Sed quoniam ad alios hæc fortasse aliquando peruenient: noluí eos ignorare quis sit Fidentinus: ne hominis ignoratiam academiæ romanæ unde hæc emittuntur ascribendam iudicent. DOM.

¶ Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici defensio aduersus Brotheum grammaticum cōmen
tariorum Martialis calumniatorem. cum recriminatione retaxationis Plinianæ: in qua Brotheus ducentis &
septuagintaquinq; locis præstantissimum scriptorem deprauauit.



Tinam Heli & marce consilio meo mihi uti licuisset: quod ab ineūte ætate sponte suscepi: &
omni tempore secutus sum libentissime: nulla enim nobis contentio esset cū aduersariis istis
qui nec suæ dignitatis ullam rationem habent nec studiorum meoru; : & otii: quod me pro
fecto tantopere delectat uix ut multis contumeliis conuitiis clamoribus tandem aliquando
excitari potuerim: & in hanc disceptationem impelli turbulentissimam quidem : & istorum
odio incredibili animiq; prauitate agitatam potius q̄ ulla littererum cura: uel susceptā; : uel
confirmatam. Nam ut sæpe ex me audiuistis non dissentiunt perditissimi homines: sed ode
runt. Non docent: sed inuident. Non disputant: sed obiurgant & insectantur : Nonne uideris q̄ solliciti sint
quanta concursatione oēs præsent. per totam urbem errantes : duo leuissimi asseclæ: qui suam famā iā diu
prodiderunt: ut nunc obesse meæ conarentur. Hi brothei grammatici epistolarum inani numero glorian
tur: libellum prægrandem fore denunciant: in compitis ostentant: deniq; duæ alieni furoris faces. ad opti
mi cuiusq; interitum comparate omnium oculis sese obiiciunt. Hæc & si a multis quotidie mihi nunciabā
tur. qui monebant & rogabant ut tam perditam maledicendi licentiam & temeritatem aliquando coerce
rem. Tamen in animo erat dissimulare tantisper: dum tertium & quartum lucubrationis nostræ in manib⁹
est absoluerem libros in quibus non solum quæ multis epistolis calumniando & inuertendo obiiciunt faci
le cōfutauimus: sed ita eorum coarguimus ignorantiam. ut in. cc. &. lxxv. locis Plinianū codicem. quē Bro
theus īprimi iussit deprauasse fateatur necesse sit. Sed quū librari⁹ mēs nō absit ab urbe quē intra triduū spe
ro affuturum : eorum sententiæ & auctoritati non nihil concedendum fuit. Qui interea aliquid a nobis
emittendum censuerunt quo suæ leuitatis & ignorantiæ moneatur. cuius dedecus & infamiam libris no
stris editis uix ferre poterit miser rectis sensibus: nisi omnino dissolutus sit: & plane perditus: qualis si est : q̄d
aut in me aut in alios dicat: nihil laboro. quum in se quid dici possit: penitus iam diu neglexerit. De asseclis
nihil nunc quidem scribo. Parum enim me mouet eorum dementia: cuius mihi credite & pœnas dederunt
hactenus: & paulopost eos grauius pœnitebit. Brotheo tantum grammatico respondebo: qui si me Thimo
nem nominat: quod ut ille omnes odio habeam. se Brotheum iustius appellari non ignoret quem ne paren
tes quidem amare potuerunt. Huius epistolæ numero quidem multæ grauitate uero & pondere nullæ fe
runtur. Ex iis septem sunt: quibus quantis contumeliis dei maximi fidem: q̄ indignis persona: qua; sustinet
q̄ in honestis ætati iam ingrauescenti: septem in commentariis nostris loca labefactare: euertere: labefactare
studet: & in eo omnes ingenii neruos contendit. De his igitur nunc agemus. reliquis in alterum opus con
iectis. Primus est de Talis ac Thessaris: de quibus quid aut nos scripserimus: aut Brotheus damnet paucissi
mis explicabo. Thessara ut in nostris est commentariis quattuor laterum erat. Talus ex. in quibus canis af
ferebat iacturam. erat enim unius puncti. ut scri. Pollux: Venus & Senio lucrum Persius. Quid dexter se
nio ferret. Scire erat in uoto dāmnosa canicula q̄tū raderet. Augustus præterea ita scri. Talis iactatis ut quis
q; canem: aut senionem miserat in singulos talos: singulos denarios conferebat in medium. quos tollebat
uniuersos qui uenerem iecerat. Multa præterea ex antiquorum monumentis luculenter repetimus: quæ qui
uolet illic requiret. talus inq̄ κῦβος græce dicitur tessaram græci non habent. sed αςραγαλον. At inqui
es Aulus Gellius testimonio Var. ait κῦβον tessara; dici latine. quod Festus quoq; affirmat. Festi quidem
& Gellii auctoritas apud me plurimum ualet: sed uide ne apud te nimium. Non enim a Talo tessaram di
stinxerunt: aut certe quid omnino esset Talus in ludo docuerunt. quum uero utrunq; nomen apud Mar
tialem legerem: ita ut semper tessara. talo inferior designetur. Non mea magnanimo depugnat tessara talo
alibi: Non sum talorum numero par tessara Iulium pollucem scriptorem apud græcos diligentissimum se
quendum putaui: Nam ut Mar. talum & tessaram nominat. ille docet quid sit κῦος & αραλαγο φ autem
Astragalus. quem puto esse tessaram. quattuor tantum latera haberet. uel ex eo docet Pollux. φ ait duo late
ra deesse in Astragalo hoc est duo puncta & quinq; quæ in hoc ut scribit non sunt: ut in κῦοις. Astragalus
quidem talus in pede dicitur. sed idem in ludū translatus a nostris. Tessara appellatus est: a quattuor scilicet
lateribus: quæ tantum habet ut perspicere licet: in quibus iactatus consistat. Tessara autem quattuor significat
car. unde Astralagus nomen tessaræ accepit. Occurret Brotheus in illa particula: quā ait. Nam φ Pollucem
scriberem affirmat uno latere Astragali duo puncta altero quinq; non esse : ut sunt in talo. aperte mentitur.
Remittas uelim aliquid mihi de persona tua in hac altercatione : & æquo animo feras. Audes ne homo id
ætatis: & dignitatis: φ uel non legisti uel non percipisti: in eo clamare aliquem mentiri. Es ne tam duræ fron
tis. ut si tibi Iulii Pollucis uerba indicauero te non pudeas: Si Iulium polluce; habes. require in nono libro
ubi quum multa de Astragalo disseruisset Δῦο ὁ φηοίο πεντάσενας τραγάλοιόω ὄπερεν κυβοιό
ούρενεότιν. i. ut hæc quoq; ex nobis discas: qui græce nescis. Duo aūt & quinq; in astragalis. ut in talis non
sunt. Recognosce hæc uerba & aude negare: aut uerum esse φ nos tradidimus. aut falsum φ tu disputasti.
tantis contumeliis & tam longa epistola: quæ tota hac una pollucis sententia explosa est. Quid enim alid
in nobis infirmare conatus es: q̄ φ diximus tessaram pauciorum laterum esse q̄ talum: ut tu contrariū astru
eres Iulius Pollux aduersus te testimonium dicit. Mar. accusat: præuaricatio tua est depræhēsa. Quid in cau
sa. aut mihi amplius est desiderandum: aut tibi præterea relinquitur. Esto inquit Tessara : φ non sim par
numero talorum: qui sex lateribus sunt. immo se imparem ait: si Brotheum audimus: quoniam plures in lu
dum tali:

dum tali:q̃ tesseræ iactari soleant. nam Euripides. xl. talorum numerum in ludo instituit. O uecordiam :o ignorantiam non ferendam. Pollux a quo iste peruerse accipis. In thessaris inquit aliquando pũctus fuit. q octo significabat: sed quum. euripides inter. xl. eiectis. xxx. imperasset Athenis numerum. ad. xl. collegit & auxit. auctor enim fuit: ꝙ pollux apertissime docet: ut quum olim punctus octo tãtum significaret iam esset qui pro quadrigenta acciperetur: quem euripidium dixerunt. Tu uero quod de puncto ille scribit ad talorũ numerum per linguæ græcæ ignoratione & stultitiam tuam refers: quæ de cane senione Venere Turricula talo arrogantissime pronuncias: ea omnia in commentariis nostris perscripta sunt: cum tertii decimi initio: tum in sequentibus distichis. ut ea inde discere potueris: quod in Iuuenalis quoq; sententia explicanda non erubuisti: nam cum eo uersu. Et latum media sulcum deducit harena. supplicium designari tradidisse: esus qui unco in gemonias abiicitur: cuius tractu media harena deducit & designat sulcum: addidissemq; duo eẽ pœnarum genera eorum qui ad palum damnarentur. repetitis illic multis antiquorum monumẽtis. quod auditores nostri exceperunt. Tu cuiusdam sententiæ me auctorem statuens qua nec dictaui unq̃: nec animo concepi: nostram accipis pro tua: & a nobis in eum locum tradita epistolæ tuæ inserere non uereris ac pro tuis ostentare: quæ tamen iam deprehensa sunt. & ad suum auctorem non sine furti tui irrisione reuertũtur. Sed iam de altero loca differamus. Is est ex eo uersu. Hoc opus est subito fias ut sydere mutus & alibi. Zoile percussa est subito tibi sydere lingua: ubi nos sydus pro morbo accipiendum esse docuimus: a quo si. derati dicuntur. His: ut Pli. scribit. urina pulli asinini nardo admixto per coniunctionẽ prodesse dicitur. brotheus sydere pro fato exposuerat nunc interpretatione nostra admonitus aliquid addit ne omnia discere uideatur. Syderatio inquit: quam græci ἀστροβολίαν appellant: non sydus: est morbus. Quid deliras bone pater. Quid tergiuersaris? Quin mihi agis gratias. ꝙ te tanto errore liberaui: qui sydere pro fato illic acceperas: atq; ut altero quoq; te liberem primum dicas: uelim ubi ἀστροβολίαν syderationem: quæ i homine aliquando est: morbum esse didicisti. Quis scribit. Theophrastus quidem ait ἀστροβολίαν in arbores aliquã do cadere: in hominem minime. Syderatio uero homini & arbori communis est: ut scribit Plini⁹. Sed dictionem græcã inculcare uoluisti: quã non recte didicisti ab eo qui te nuper docuit id quod ipse dicere solet. de morbo inquam Mar. itelligit: quem sydus appellat. Pli. autem ex deriuatiuo syderationem. Audias obsecro subito sydere fias mutus: quo pacto interpretabamur nisi subito sydere: idest morbo: quem plinius. syderationem Mart. sydus uocat primitiuo usus pro deriuatiuo: ut Plinius quoq; carbunculum morbum appellat & ex eo carbunculationem. Vermiculum & uermiculationeꝫ. Quid clamas? Quid angeris anteq̃ hinc disce do tui erroris pueris te pudeat necesse est. Nam dum recte a nobis tradita auidius criminaris tuam prodidisti ignorantiã bone pater: cum syderationem quæ in hominem cadit a sydere nomen deducere ostendere uelles. Hæc Plinii uerba attulisti. Syderatio tota e cœlo constat. Tu ne ita Plini. uerba intelligis: Tu sensuꝫ auctorum ita interpretaris: Tu isto ingenio ita elatus es: Hoc non de hominis: ut putas: sed arborum syderatione ille scribit. Communes enim quidam morbi sunt: ut ait homini & arboribus: ut cum alii tum syderatio & carbunculatio mox addit. syderatio scilicet in arboribus tota e cœlo constat: idest ex iniuria & intemperie aeris. Vnde grando in eius causis intelligi debet & carbunculatio. Quid apertius & tamen non intelligis. sed confundis: iactas: transfers: deriuas: peruertis: & quod ille causis siderationis in arboribus dixit: tu de nominis deriuatione scriptum per ignorantiam putas. Videtis quam inanis quam arrogans: quam temeraria Brothei de hoc reprehensio fuerit. Iam hoc tertio loco de quo disputabimus: non tam insectanda est hominis ignorantia quam prauitas indicanda: & præuaricatio quæ facile ab omnibus: depræhendi poterit: cum nostrorum cõmentariorum particula: in qua calumniatur recitata fuerit. De corde bubulo est distichon. in ultimo libro. Pauper causidicus nullos referentia nummos Carmina cum scribas accipe cor. quod habes. ubi ita scripsimus de crumena puto intelligendum esse in formam cordis. Nam & bullam legimus formam cordis habuisse auctore Macrobio. quæ nonnunq̃ ex loro fiebat. Mittitur nunc causidico: qui poetice interdum operam dabat causis omissis: Reprehensor carminis. Martia. supra. Carpere causidicus fertur mea carmina. Datur ergo ei cor bubulum angustissima crumena: cum male scribens carmina nullam consequatur pecuniã. Vel si placet intellige de corde bouis. Cor quod habes: idest accipe cor bouis: quia imprudens es & alter bos. Brotheus ex duabus sententiis in priore accusanda longam epistolam consumit & multis quidem contumeliis additis: quæ a nobis facillime refelli possunt. Nihil enim diximus quod uel ab auctoris sensu alienum sit: uel teste careat. sed alteram tantum sententiam probat: ut dicas cor: quod habes quia imprudens es A nobis scriptam fuisse non refert: ac pro sua recitat: O insignem calumniam: o impudentiam ante hunc diem inauditam. sexcenti sunt codices commentariorum nostrorum qui pro me testimonium dicunt. En hominem dignum quo cum in tenebris mices cum tot tabellis obsignatis palam inficiari non erubescat. Sperasti te furto abusurum: at depræhensum est te coarguit: derideris: & tamen eadem temeritate uerba mea illic de alica scripta confundis atq; inuertis: nam de eo quoq; loco non nihil est scribendum. Longam contumeliosam superbiæ plenam epistolam composuit: quam obiurgat: ꝙ aquam mulsam in tanto precio esse tradiderimus: ut Var. morbum regium dictum scribat: ꝙ ea preciosissimo remedio curaretur: ubi hoc legisti in commentariis nostris turpissime præuaricator: A in tu nos ignorasse quod tribus in locis commentarioruꝫ perscripsim⁹. De alica ꝙ affirmauimus ea dari solitam aqua mulsa elotam. Plini. secuti sumus auctorem ita scribentem. Alica res romana est non pridem excogitata. Mox nondum arbitror Pompei Magni ætate in usu fuisse. tum esse ꝙ eximie utilem nemo dubitat: siue elota detur ex aqua mulsa siue in sorbitiones decocta hæc plini. Nos uero ita in commentariis: alica ab alendo dicitur: ut scribit Festus. Tum ætate Põpeii magni non erat in usum: utilis tamẽ habita & saluberrima: siue potanda daretur in modum ptysanæ siue aqua

mulsa elota. mox cum esset explicandum id uerbum distichi. Mulsum poterit tibi mittere diues. Hæc uerba subiecimus. in tanto precio erat: ut Var. scribat morbum regium dictum esse q̄ mulso præciosissimo remedio curabatur. licet aliter antea dictum sit ex sententia Gornelii celsi. require præterea hæc in commen. nostris scripta in. xiii. ubi de mulso hæc cum de passo scriberemus. Dulce hoc quidem: sed minoris p̄cii quā mulsum ut Var &c. Ac ne omnino dubitares nos plane quid sit mulsum intellexisse eodem libro ille loc⁹ te monere potuit: ubi ita scripsimus. Mulsum uinum: de quo paulo ante est dictum: magno impendio fiebat attico melle temperatum: huius confecturam docent Col. & pli. Nemo est ut arbitror: qui ex his his uerbis non plane intelligat me quid inter aquam mulsam & mulsum intersit cognitum habuisse. Brotheus uero ita uerba mea recitat: ut non tam error meus in his aperiat: quam eius nefarium calumniæ scelus. In tanto præcio est a qua mulsa ita non scripsi: nec in commentariis meis est falsariæ impudentissime: sed quū mulsum interpretaret illud addidi. in tanto præcio erat: ut Var. morbum regium. Nec illic est aqua mulsa. de q̄ paulo ante eodem disticho scripseram. Ex Plin. non modo auctoritate: sed uerbis: ut ita docerē qua re mulsum cum alica mitteretur. Non̄ potest enim non uideri commercium musum cum alica cum ea elueretur aqua etiam mulsa. Tu uero homo ad inanem doctrinæ iactantiam: quam nullā habes comparatus uerba. Plin. tota pagina recitas: quid sit mulsum quid melitites: de pollione Romulo quid augusto respōderit. nec tamen indicas unde ea acceperis ut inuentorum gloriam: & doctrinæ laudem Pli. præripias. Nemo est qui impudentiam tuam non accuset iactantiam non oderit furta non derideat. Ego uero d̄ mulso satis habui digitum ad fontem intendere: unde haurient qui uellent ea omnia quæ tu tanq̄ libris sybillinis legendis. quindecim uir creatus recitas: & pro tuis arrogantissime usurpas Equidem omnem tibi accusationem hoc loco remitto: tametsi ea obiicis quæ sine flagitiorum tuorum reprehensiōe diluere non possim. Nam ut me de mulso recte sensisse & scripsisse demostrarem: calumnia tua indicanda fuit: qua uerba mea in commentariis peruertisti. illud uero quam stulte obiicit: & accusat q̄ apud Iuue. ita carmen illud legerimus. Contentus fama iaceat Luca. in hortis marmoreis: & Serano tenuiq; saleio gloria quātalibet. Quid erit si gloria tantu; est. Ipse enim Salmo legendum contendit. Credo ut Fidentino blandiretur: ad quem scribit: quē iure & merito uatem suum appellat. Is enim Tersites: tali Home. dignus est: aut certe homini gratia; referre uoluit: ob paradoxa & portenta in iuue. ei quæ inscripsit & dicauit. homo litteratorum ludibrium triuiorum dedecus Ex academia romana risu & sybillis iam diu explosus. Sed quid me angit: si uterq; sim anus est si alter alter; ita extollit ut uterq; ab omnibus contemnatur. Nos q̄ in eo iuue. carmine interpretando secuti sumus: uel inimicis iudicibus probaturos confido. Atq; ut inde incipiam codex meus perantiquus: quem ex gallia attuli: uobisq; ac multis aliis iā ostendi. Saleio scriptū habet non salino. Vidistis alterum eiusdem uetustatis & fidei librum: quē Manilius auditor meus uobis aperuit: ubi eadē dictio ita ut in nostro legitur. Iccirco in cōmentariis nostris in iuue. ita dictauimus. Poeta diuitibus respondet qui conquerenti & indignanti nihil poetis dari: obiicere poterant: q̄ eos laude contentos esse oporteret: Diuitem poetam: quales fuit Luca. fama contentum esse posse. inter opes: quum rebus ad uictum necessariis minime indigeat: nihil uero prodesse laude serano & Saleio tenui ac pauperi. si præterea nihil habeant. Seranus nomen poetæ temporum iuue. cuius scripta ad nos non peruenerunt ut Bassi. Vmbri caluini. multorum præterea quos Mar. nominat. Salei meminit Quin. & cornelius. qui quu; eum ostēdat maximo in honore apud Vespasianū fuisse. hæc quoq; eodem ait. Securus sit aper & Saleius bassus. & quisquis alius studiū poeticæ & carminum gloriam fouet Brotheus uero ait Salino sarano: id est uitreo contentū esse oportere Lucanū in hortis marmoreis. Enimuero Brotheu isto salino. tuo nihil insultius est. Quin istā uocē compescis ignorantiæ iudicē: stultitiæ tristem Si Lucanus diues est. & in poetæ diuiti exemplū affertur quo modo salino uitreo & tenui debet esse contentus quasi uero uictū Lucano Iuuenalis. illic præscribat: & eius diuitias operibus paternis. quarum etiam tacitus meminit non potius cōmemoret: ubi apud poetas legisti unq̄ Salinum tenui pro mensa diuitis. omitto Horatiū. Papiniū. & alios apud quos salinū de frugali & paupere dici legere potuisses nisi prouincialiu; negociorum quæstus te occupasset. Quid præterea cōueniunt salinū uitreum & horti marmorei. O perditam audaciam & multorum annorum impunitate confirmatam. Tu nobis interpretandi leges scribis. Tu tanta dignitatis tuæ iactura de Mar. non tandem disputare cœpisti: in quo mihi crede parum uidisti: quid te aut tuum ordinem deceat cuius nisi rationem ducerem maximam: ea audires quæ a uerecundo inimico uix cōmemorari possent: sed iam ad eam quoq; epistolam respondebo. qua eius uersiculi. Siue leuem cursu uincere queris Atā. Interpretationem nostram carpit & obiurgat. Ea est Ata puer fuit: qui Vispano consule a meridie ad uesperum. lxxv. milia passuū cucurrit magna omniū admiratione. Meminit historiæ Pli. omisso pueri nomine. Si Plini. inquit nomen omisit quomodo potest augurari Domitius Atam illum esse de quo Pli. scri. Esto ita suspicor: quoniam id ille pro miraculo refert: & ait nuper: id est annos. Hæc autē erāt Mar. tempora: qui cum uelocissimū nominare uellet hunc magnæ admirationis accepit: nec mirum si nomen ille suppressit: hic rettulit q̄ in multis aliis fieri uidemus. Solent enim poetæ studiosissime nomina uel repræsentare: uel pro ueris fingere. At qui inquit brotheus nomen ab ata deductum putat: qui ut Festus affirmat terram uix sūmis uestigiis attingit. nec in hoc mentitus sum: nonne ille ita scribit. Atæ qui attingunt magis terram quam ambulant: id inquies accidit propter uitium crurum: nec id me mouet. Ego hoc tantum accipio. q̄ ait terram magis attingūt q̄ ambulant: q̄ in altero propter uitium: in altero ex uelocitate accidere potest. Vt solinus ait Ladam alexandri cursorem tantæ fuisse agilitatis: ut arenis pendentibus nulla indicia relinqueret uestigiorum. Ego antiquorum sequor auctoritatem: tu nullius: ego quæ poetæ sensui conuenia[n]t

sui conuenia[n]t

ſui conuenſant: tu quæ abſurda & alieniſſima ſunt. Pudet enim referre: φ ſcribis legendum eſſe Atlam: & hanc fuiſſe filiam Scinei: ut obſecro legiſti unq̃ atlam: ubi poetarum omnium hoſtis & ignare. Atalantes duas fuiſſe: alteram laſi: alteram Scinei filiam ex apollonii interprete in Propertii commentariis recitauim⁹. Atalantam Apollonius in argonautis. Ouidius poetæ omnes græci latiniq̧ dixerunt. Tu Atla audes proferre. Tu atlam nominas: ſed demus hoc inſaniæ tuæ: uerſum quoq̧ faciamus longiuſculum atq̧ uis legamus: ſiue leui curſu uincere quæris Atlantem: qui erit poetæ ſenſus: Certabat ne Mar. amicus uincere Atalantam: quæ poſt tot hominum ſæcula uix ex tabula agnoſcebatur: nimis urgeo: iam ut puto erubeſcis. An ubiq̧ Brotheus uel calumniatur: uel ſuam prodit ignorantiam. Illud me quoq̧ ad riſum in primis prouocat φ ubi pueriliter geſtit ubi ſibi ipſi applaudit: ubi de curru uictoriam ſaluat: in eo potiſſimu; eſt ridiculus: nec ab ignominia ullo præſidio uindicatur. id quod ſtultis accidere aiunt: qui tum ſibi maxime ſapere uidentur quum plurimum inſaniunt. idem niſi de brotheo omni luce clarius demonſtro: me de tota cauſa deiectum ludibrio haberi facile patiar. Per longam epiſtolam ſcribit in expoſitionem noſtram illius loci Sadonyca uerum lychnitemq̧ ter unctum: duaſq̧ ſimiles fluctibus maris gemmas. Dediſſe Baſſam ocliamq̧ turabas. Vbi nos ita ſcripſimus. Lychnites lapides ſunt a lucernarum ſplendore dicti: quem præ ſe ferunt. Contra lychnites dicitur marmor: φ lucernarum lumine ſub terra fodiebar. Tar. auctor & Plinius. Codex antiquiſſimus habet lychnitem teruncum. Ego autem legendum puto peruncum: hoc eſt nitidum & maxime ſplẽdentem. Nam λύχνος græce: latine dicitur lucerna: unde & lapis ipſe lychnites dicitur. Lychnus autem ſiue lucerna: quo magis uncta eſt: eo plus flammæ emittit. Ex ea igitur methaphora lychnitem peruncum. ideſt ſplendidum & flammas lucernæ perunctæ emittentem appellat in diſticis. Non notat parchos uncta lucerna patres. Gemmas: ideſt ſmaragdos intelligas. Quid hic accuſas Brotheu? an φ ſmaragdos illis uerbis deſignari ſuſpicatus ſim: duaſq̧ ſimiles fluctibus maris gemmas potius q̃ ſaphyros: ut tu cenſes intelligendum: cur ambigendum mihi non ſim? Nam multæ gemmæ ſimiles fluctibus maris eſſe poſſunt. Amethyſtus quum mare purpureum dicatur: ſaphyrus cum ceruleus ſit. Smaragdus quum uiridis. Nam ceruleum dixi: non tam ut ſmaragdi colorem: quam ut maris ſignificarem. Frequentius enim mare ceruleum: quam uel purpureum: uel uiride legimus: quum autem ſmaragdi a Martiale ſæpiſſime inter precioſos lapillos numerentur. Saphyrus nuſq̃ apud eundem poetam legatur: malui de ſmaragdis: quam de ſaphyro interpretari: ſed hoc non te mouet. Illud accuſas: φ lychni ſcripſerim: pro lychnite. Ego nõ ita ſcripſi. id φ multis ſtatim oſtendi: a Plinio ea accepi uerba: in nullo autem Pliniano codice lychnicus eſt. Sed lychnites in omnibus. Qui igitur potui aliter referre. quam Plinius ex cuius præſcripto ea docebam: illud tantum explicaui diuerſis de cauſis marmor & lapillum lychnitem dici quanuis utrũq̧ a lychno: ideſt lucerna deducatur: φ aliter flammas lucernæ præſeruat alterum lucernarum lumine: ut Varro tradit: ſub terra fodiebatur. Plinius ex genere ardentium lychnites appellata a lucernarum accenſarum præcipua gratia. Naſcitur circa Orthoſiam: totaq̧ carmina ac uicinis locis: ſed probatiſſima in diis: quam quidem remiſſionem carbunculum eſſe dixerunt: ſed in hoc non uerſatur Brotheus alibi habet accuſationis arcem: ex qua totam cauſam agit. Alibi eſt iurgiorum caput. alibi eius furoris ſedes: φ cum uerſicui Sardonica uerum lychnitemq̧ peruncum ita legerim: ut uerum & peruncum pro epitheris gemmarum expoſuerim. ſardonica: ſcilicet uerum & lychnitem peruncum. Hic clamat multiſq̧ contumeliis uociferatur. Verum & peruncum eſſe propria nomina a quibus ſe gemmam accepiſſe dicebat Mancinus: a uero ſardonicem a terunco lychnitem. Dicas oro interpres uerus quis fuit. An imperator? An qui nunquam mentiretur? Aut certe tandem expedi ſi potes quis hic fuerit? Hæres. os componis: manus demittis. O ineptum hominem. Nonne uides ſardonica frequenti epitheto a Mar. dici. quaſi primæ ſortis in ſuo genere: quum multi reperiantur non ueri: nec eiuſdem præſtãtiæ. Veros inquit Pli. non omnino ſardonicas naſci. Ide; de Onyce: unde nomen deduxit ſardonis. Veram autem Onycem plurimas uariaſq̧ cum lacteis yonis habere uenas. Idẽ poeta alibi: ueros ſardonicas ſed ipſa tradat. Alibi ſardonicas ueros menſes quæſiuit in omnes. Non uides inquam per epitheton a Martiale ſardonica uerum appellari. Non audis. quod ſi uerum ſardonica per epitheton legitur: ne tu quidem aduerſaberis quod ſequitur lychnitemq̧ peruncum. Eodem modo eſſe accipiendum: ſiue aut peruncum: ſiue ter unctum legas nihil impedio: nam utrunq̧ uim ſuperlatiui habet: modo ad modum ſplendentem ex metaphora ut diximus exponas. Nam lychnites lapillus a lucerna dicitur cuius accenſæ fulgorem præ ſe fert. Inde quod lucernæ conuenit: ad lapillum qui ab ea nomen eſt ſortitus: poeta tranſtulit. Quid inquies? ueſtes p unctas dicemus lucidas. Quid ni: ſi cædem lychnite appellarentur. Non enim peruncũ nitentem ubiq̧ ſimpliciter expono ſed uel in lychno: ideſt lucerna uel ĩ nomine ab ea deducto. Hic eſt ille locus in quo me tantis contumeliis onerafti. Vbi triumphum tibi finxiſti: ubi ſi deo placet etiam in me deridendo facetus eſſe uoluiſti. Nam peruncum inquis hunc appellabimus. Miror quum tam mihi infenſus ſis tanto odio: ſponte tua: nulla quidem culpa mea ſuſcepto inſecteris: cur peruncum appelles nomine proximo tuo gentilitio. Nam perunctus & peroſus finitima admodum ſunt: atq̧ eadem. Immo hoc plane tuum eſt. Na; pogius uir eruditiſſimus: quum in te olim elegantiſſima epiſtola inueheretur: perunctu; appellauit: alia ut puto de cauſa q̃ ut ſplendentem ſignificaret. Epiſtola in manibus eſt tuarum uirtutum teſtis & eſtimationis. Itaq̧ quod pogius tibi honorifice detulit nimium liberaliter ad nos remittis. Nam ſi eſt honeſtum: cur te eius pudeat? Si contumelioſum tibi tantum conueniat. Vel ob nomen gentilitium: quod paucis litteris immutatis ide; eſt. Hæc ſeptem in commentariis noſtris accuſat Brotheus: in quibus ſatis ut arbitror hominis & prauitate; refellimus & indicauimus ignorantiam: in quam mihi credite nunquam tam turpiter eſſet lapſus. ſi ab officio non diſcedens mecũ de his diſputaſſet aliqñ ut quotidie ſolebat: q̃primũ e prouincia rediit. Hectorẽ.n.

Pómilionem suum singulis pene horis ad me mittebat: consulebatq; de rebus nonnunq̃ in quibus docen-
dis me eius uicem pudebat: adeo permulgatæ erant & perutiles. Nam uel negociorum occupationibus ob-
litus esse uel quod magis existimo nunq̃ didicisse aliquid uidebatur. Renunciauimus ei more maiorum a-
micitiam quod an ipsius culpa an certa consilii mei ratione acciderit: aliquando explicabimus. Nunc aliis
eadem hac epistola respondere: nisi ad grauiorē illā actionē redeūdū eēt. Vbi toto agmine nō modo leues
brothei incursiones repressimus: sed oīno uictum ac fugientē castris exuimus penetrauimus. n. in cōmenta
tionem illam plinianā: ubi trecentum ex locis irrupimus: quæ sua imperitia penitus cōcusserat & profliga-
uerat. Quo in genere nunc tātum septē proponā: ut causas agere a nobis discat: nā iudicio℞ & fori rationē
non satis perfectam hr̄e uidetur quū ei aduersari obiiciat quæ & facillime dilui possint: ut eum grauioribus
reum agant: id quod in præsenti causa demonstrauimus. Si quem accusare uis Brotheu: qd a puero adama
sti ea tibi colligēda sunt carmina quæ nulla trāslatione: inficiatione: disputatione iuris: deniq; nullo defēsio-
nis genere uel euerti possint: uel debilitari ne odio & nefario tuo instituto potius q̃ honesto studio in causā
descendisse uidearis & nō tam potuisse accusare: q̃ uoluisse: quod ab omni uiri officio alienissimum est in te
uero etiam impium haudq̃ simpliciter nos in te agemus. Plini. a doctissimis uiris emendatum tu in ducen
tis & septuagintaquinq; locis peruertisti. A procemio orsus: libris de cosmographia intermissis: quanuis atti
gere ausus es. Ad septimum accurristi. Inde ad operis usq; exitum: alia inuertendo: alia demendo pulcherri
mam historiam deprauasti. Negas te in eo laborasse: at manus tua in margine codicis pliniani est quem li-
brariis pro exemplo tradidisti. Hic apud me esset in tuæ ignorantiæ testimonium multis ad me uenientib⁹
sæpe profertur: inficiaris. At quadringenti codices qui ex tuo exemplo manarunt testes sunt. Itaq; aut quæ
commisisti defendas necesse ē: aut culpam fatearis: cum nullus inficianti locus relictus sit. In principio statī
procemii ubi de Catullo. Hæc Pli. ille enim ut scis permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit: q̃ uo-
lebat existimari a tuis uernaculis & famulis: ita codices omnes habent & legendum est. Nam quasi Pli. Ca-
tulli exemplo qui duriusculos uersus fecit ut alter quoq; Pli. in epistola scribit sui operis obscuritatem a famī
lia imperatoria abhorrentem: cui exposita & facilia præponenda erant excusare uelit: illius obiicit & præpo
nit uersus: sed mutatis numeris non enim eo ordine uersum recitat: quo ille scripsit. Hinc ait: ille permutatis
prioribus syllabis: Accusabit inquit Catullus duritiem meam qui & ipse duriuscule scripsit quam a tuis uer-
naculis & famulis existimari uellet: quasi dicat & ille dura scripsit: & insolita tuis famulis & uernaculis ut ego
Tibi non dixit ne uideretur: aut posceте legeretur ab imperatore: aut illius ignorantiam damnare. Brothe⁹
uero supercilio censorio: quum totum sensum ignoraret: ita inuertit: quam uolebat existimari: a uernaculis
suis quod aut sequebatur: & famulis deluit. O stultum hominem: scribebat ne Catullus uernaculis suis an
ciuium auribus: Totum Plinii sensum eo errore confudisti. Sed hoc & reliquos in procemio errores omitto
in libris qui de cosmographia sequuntur pauca quædam immutare ausus es quæ utinam prætériisses: ne in
tot libris deprauata legerentur. In tertio Proclyta. inquit Pli. nō ab Aeneæ nutrice. sed quia profusa ab ænar
ria erat. Apertum est quod sentiat Pli. proclitam dici a βρόχεω: quod est profundo. Fuit enim profusa &
diuulsa ab ænaria: quæ eadem inarime & pythæcusa dicitur: quod & ipse alibi scribit: & docet Strabo. Non
autem nutrice Aenea: quæ proclyta diceretur. Huius meminit Dionysius Halicarnaseus: qui ait proclyta
muliere troiana proclytam insulam dici: cui sententiæ aduersans Pli. occurrit Brotheus ita scripsit proclyta
non a Caieta Aeneæ nutrice: Vide hominis imperitiam qui putauit fieri posse ut a Caieta proclytæ nomen
dicatur. Quæ malum hic Caietæ mentio est: aut quæ cum proclyta litterarum cognatio uel similitudo: Ca-
ieta quidem ab Aeneæ nutrice Caieta dicta est: non autem proclyta. Tametsi illam quoq; Caietam non-
nulli auctore Strabo. appellata putarunt quod κεάϊα curua lacones dicunt qui illic phormias in littorē cur
uo condiderunt: & paulo post Pli. hæc inter paulisippum & Neapolim: Megaris. Brotheus uero ita inuer-
tit. Inter puteolanum sinum qui & Neapolim. Nimirum paulisippum nusquam terrarum esse putauit ho-
mo adeo locorum omnium ignarus: ut nec tibi terrarum sit satis adhuc nouerit: cum tamen omnes codices
pausilippum proferant: q; si de pausilippo adhuc dubitas: lege Pli. in fine noni libri: ubi hæc reperies pausilip
pum nulla est campaniæ: haud procul Neapolim. In ea in Cæsaris piscinis a Pollione Vedio coniectum pi-
scem sexagesimum post annum expirasse scribit anneus Seneca. Iam tuū errorem uel inuitus agnoscis. hoc
non est a Domitio in epigrammatis interpretatione dissentire: quanuis in eo quoque turpiter labaris: ac
non accuses: sed tete accusandum offeras. Pli. uerba peruertis quæ non intelligis: ut cum illic sententiam alī
quam uel ridiculam præponere possis: hic ignorantiam tantum fateri habeas. Sed iam ad septimum uenio
ubi tuæ deprauationis initium est: quod eadem temeritate in totius operis calcem perducitur. Pli. ubi de ho
mine generando & parcendi tempore scribit. hæc tradit ante septimum mensem haud unquam uitalis est se
ptimo non nisi pridie postero ue plenilunii die: aut inter lunio concepti nascuntur. Translatitium in ægy-
pto est: & octauo gigni. Iam quidem & in italia tales partus esse uitales. Partus inquit octauo mense letalis ē
Ita enim est intelligendum: sed tamen in ægypto indifferens quod nec in aduersum nec in prosperum ma-
gis accipiat euentum q̃ si alio tempore gigneretur. Iam inquit in italia indifferens est tales partus esse ui ales
Nam non habetur miraculi loco si octauo mense nati uiuunt. Translatitium indifferens significat: quo uer
bo Gellius utitur & Tranquillus eo loco: sed aduersante conatibus suis Mar. Antonio consule: quem uel p̃
cipuum adiutorem sperauerat: ac ne publicum quidem & translatitium ulla in re sibi sine pactione grauissi
me mercedis impartiente ad optimates se contulit: ubi translatitium pro indifferentem dixit. Nec me fugit
Pædianum ita scribere translatitia ueteres dixerunt non noua nec nuper inuenta sed aliunde translata: ut ēt
apud Plinium pro nouo possis accipere translatitium: quasi dicat nuper obseruatum: nam pro nouo accipi
testatur

testatur Pedianus:quis antiquiores aliter accepisse idē affirmet.hæc quoniā Brotheus non legerat:nō intel-
ligebat ita imutauit.Relatum in ægypto est & octauo gigni:quod q̄ a Pli.sensu alienū sit:aliorū sit iudiciū.
tu Brotheu codices omnes ita scriptos peruertis magna studiosorū iactura:peracerba plinianæ dignitatis in
iuria:grauissimo tuo dedecore & infamia.eodem uolumine Pli.corpore uesco esse:sed eximiis uiribus. Ves
cum quid sit Festus docet. Vescū inquit pro pusillo utebantur quanuis lucillius edacem Vescum dixerit.
Mar.uescum exiguum interpretatur & minutum Gellius.Ouidius idem Brotheus cum uescum quid esset
non intelligeret ita inuertit.Corpore neruosos constat esse eximiis uiribus.O temeritatem tu uerborū So-
lini tu non percipis umbram quandā secutus a Pli.recte scripta in tuæ ignorantiæ leges ducere audes:si me
audies operam dabis ut quæ ex tua deprauatione sunt edita exempla omnia uel cōburantur:uel si quis tantū
laborem ferre possit.emendentur ne plinianæ uigiliæ sua dignitate per tuum flagitium defraudatæ in po-
steros propagentur. Equidem uereor:ne si omnia eius deprauationis testimonia ex septimo tantum libro
nunc sumpsero de reliquis silere uidear:quod bene emendauerit:quum multo grauius in sequentib⁹ pecca-
uerit:ubi Pli.historia & magis recondita est:& exquisitioris doctrinæ artibus instructa. Sed ita profecto res
habet:ut initio scripsimus nos hanc epistolam quasi feriantes & ludentes scribere:nam in altero opere quod
paulopost edetur tota actione singuli librorum omnium eius errata persecuti sumus.Id quum nuper Bro-
theus ex quodam cui operis particulam ostenderam:audiuisset:fuissetq; ab eodē monitus:ut locum unde
eimi emendare:cuius reprehensionem in libris nostris forte ipse legerat statim trepidus ad malas artes con-
fugit:& dolum nouumq; commentus est mendacium epistolamq; q̄primum edidit: qua me in eo accusat i
quo ipsum non modo reum habeo:sed damnaui cunctis doctorum hominum suffragiis.Nam i undecimo
ubi de apibus Pli.ita scribit. Tunc ostenta faciunt priuata & publica uua depēdente in domibus templis ue
sæpe expiata magnis euentibus.Brotheus non intelligens quid sit uua in apibus:ita deprauādo supponit:
una dependentes pro uua dependente.Hunc autem locum apud Iuue. explicauimus eo uersu. Examen
quæ apium longa consederit una.Culmine delubri.ubi hæc auditoribus dictauimus:recitatis primū Pli.
uerbis: Vuam apes facere dicuntur:quum connexis pedibus in racemi speciem dependent: Vir. de apib⁹
immensasq; trahi nubes iamq; arbore summa Confluere:& densis uuam dimittere ramis.Columella ani-
maduertito an totum examen in speciem unius uuæ dependeat.Tu uero brotheu in margine codicis Pli-
niani qui apud me est una dependentes scripsisti. Quadringenti codices istis mendis tuis impressi: ita hn̄t
Theodorus uir doctissimus.Ioannes allerīensium præsul.Alii præterea etiam tui affeclæ:hoc sciunt:locum
hunc legerunt:damnarunt ignorantiam:& tamen tu audes mentiri calumniandoq; affirmare uel te nō ita
scripsisse:ue me perperam auditores eum locum docuisse:sed ad septimum redeo Eodem libro cum de pro
digiosis partubus scribere uellet ita exorsus est.Tergeminos nasci certum est Horatiorum curiatorumq; ex
emplo.Supra inter ostenta adducitur præter q̄ in ægypto ubi fœtifer potu Nilus:Nā illic octo sine ostēto ut
Solinus expressit nascuntur.Vt uero Plini. demonstraret plures tribus eodem partu nasci ostentum eē.Ad
dit proxime supremis diui augusti annis fausta quædam e plæbe.Ostiæ duos mares totidē fœminas enixa:
famem quæ secuta est:portendit haud dubie.Atqui Brotheus qui musas ore suo locuturas fuisse.si ore hu-
mano loquerentur:existimat.nec Plini.aliter scripsisse:q̄ ipse solet.Vbi Plinius ait.Supra hoc est ultra ter-
narium numerum inter ostenta adducitur.deprauando ita scripsit:sed hoc inter ostenta adducitur.Non ui-
des tantum abesse ut quæ uult Pli.sentias:ut etiam aduerseris.Nam q̃ ille ex historia affirmat.Tu per igno-
rantiam negas.tergeminos inquit nasci non est portentum.Nam Horatios tergeminos & curiatios in histo
riis legimus.Tu uero a Pli.dissentiens.Tergeminos quoq; nasci affirmas esse ostentum:Et ne hoc Pli.codi
ces emendare:an eum uocare in ius & ignorantiæ accusare:quod ex tua sententia non scribat? Quid?nōne
cum de ratione partium eodem libro præceperunt tu quasi nouas naturæ leges & ex etruria accitus aruspex
promulgares:ita eius sententiam sustulisti:ut nec quid ille uoluerit:percipi possit: neq; quid aruspicina tua
præscribat:ulla ex parte intelligamus:ille hæc de dentibus in septimo.Quib⁹ in dextra parte gemini super
ne a canibus cognominati fortunæ blandimenta pollicentur sicut in agrippina Domitii neronis matre.Cō
tra in leua:quid sibi uelit.Pli.satis percipimus:nisi tu hæc deprauaueris.Nam quum in homine qui sunt in-
ter morales & priores dentes tendentes in acutum canini dicantur:qui hos inquit Pli. habent geminos sup
in dextra parte fortunæ fauor his portenditur.Contra qui in leua.Idem Solinus ex Pli.uerbis ut solet:quos
cinoduntas uocant quibus gemini procedunt a dextra parte fortunæ blandimenta promittunt: quibus ab
leua uersa uice.Brotheus hunc locum una uerbi labefactatione totum euertit.Nam ita homo rudis emen-
dauit:quibus in dextra parte genuini superne a canibus cognominati:ubi uno uulnere duobus locis Pli.cō
fundit.Nā si in dextra pte genuinos hn̄tib⁹ fortūæ fauor portēdit̄ qs erit q aliqd ñ spet.Nemo.n ē q uel ge
nuinis careat nisi qb⁹ uel ætate uel casu aliquo deciderit.Oībus p̄terea tā i dextra pte q̄ i leua sūt genuini: ut
iisdē ex brothei snia & blādimīta fortūæ & iniuria portēdat̄.O ignorātiā:nec genuini a canib⁹nom̄ accepe-
rūt:ut Brothe⁹Pli.affirmare cogit.De caninis eū loqui:uel uno uerbo solin⁹te monere potuit. Nam cyno-
dontas dixit quasi κυνοσ οδοντος:idest canis dentes. In his portenti discrimen est.Si autem in dextra aut
in leua genuini fuerint & tamen tu genuinos duobus in locis ut multi apud me uiderunt in media pagina &
in margine scripsisti:& quidē grandioribus lris ne oīo dubiū relinqueres ignorantiæ tuæ & temeritatis. Sz
nescio quo pacto propositum tuorū errorū numerū nō seruaui. Nam qui septem tm̄ promiseram nouem re
censui.Nimirum hi duo me imprudente & inulto ex tanta turba elapsi sunt.Properant in lucem uenire om
nes:sunt autem ducenti & septuaginta quinque ut cito audiantur: nam incredibili consensu conspirarunt:

ut te tam præclati auctoris Sicarium accusent & damnent: id ut celeriter fiat operam dabo. Opus nostrum iam pene absolutum est quod simul ac editum fuerit: circunstabunt irati: & tanq Eumenides: ut in fabulis ē faces admouebunt: ac flagitiorum tuorum conscientia te torquæbunt & cruciabunt. Ego me his patronuz profiteor. His adero: tā piam & iustam causam non desertam: in qua non tam doctrinæ: aut ingenii fructus a me quærendus est: quam officii in ciuem meum & pietatis: quem per ignorātiam de pristinæ laudis digni tate deicere conatus es. Vos uero Heli & marce phosphore dabitis ueniam si Brothei insolentia me a uobis abduxit: ut quum ad uos scripserim in hunc tamen unum omnem ferme contulerim orationem. In qua si aliquando acerbior fui: testor uirtutem ipsam: me id non sponte sed necessario ægisse. Non quidem ꝙ illius contumeliæ: quibus me insolentissime insectatur quotidie: stomachum aliquem fecerint qui uel ipsa iniu riarum diuturnitate in eo iam mihi penitus conuulsus est: sed quoniam ea quæ uel obiecit: uel cōmisit eius sunt generis: ut aliter nec refelli posse: nec accusari debere uiderentur. Valete.

¶ Venetiis Impressum est hoc Iuuenalis opus cum quattuor cōmentariis per Ioannē de Cereto alias Tacuinū de Tridino. M. CCCC. XCVIII. die uero. xxiiii. Iulii.



Omparens corā Serenissimo Principe: & Excellentissimo Dn̄io Egregius Vir Ioannes de Tridino alias Tacuinus: librorū impressor ad uniuersalē utilitatem & commodum omniū studere uolentium: imprimi facere intendat elegantissimos tres cōmentarios in uniuersalem æditos per Eruditissimos uiros Domitiū Calderinū Georgium uallam & Antonium mancinellum. Infrascripti. D. Cōsiliarii ad p̄ces ipsius Ioannis id deuote petentis & supplicantis terminantes decreuerunt & terminarunt. ac decernunt & termināt ut nequis sit qui uelit audeat imprimere seu imprimi facere cōmentarios prædictos in hac urbe nec in toto Dominio siue alibi etiam in aliena dictione impressos uendere seu uendi facere in aliquo loco subiecto Serenissimo dominio p̄ Decennium præterq̄ Ioannes prædictus: aut habentes causam ab eo sub pœna cuilibet contra facienti duca. decem pro quolibet uolumine impresso contra formam præsentis terminationis & amissionis librornm. Cuius pœnæ medietas sit accusatoris: alia uero medietas applicetur arsenatui: Sicq; mādat inuiolate obseruari ab oībus rectoribus & officialib9 suis tā intus q̄ extra.

Consiliarii
D. Marcus Barbo.
D. Franciscus Fuscarino
D. Nicolaus Triuisanus
D. Franciscus Bernardo



¶Registrum huius operis

a
¶Argumentum
sum occidit
¶Nota magis
scriptam
b
totius hæreditatis
Cum leno
bam cum ad
minibus:quæ
c
tes:quibus
scella:quæ
lõgissi.cœnæ
Satyra sœda
d
uectẽ britanniæ
tãq damnasse
¶Veneri
Nec galeam
e
scilicet his
dius Aegeria
miniosi hẽbant
ac prouolutus
f
¶Fultusq
desideriis
& ungula
ligionibus
g
genus:quo
nem cocyto
dum quenq
l.silua quæ
h
in ipso asiæ
tyram qui
latur.¶Blandaq
moriæ.¶Noctesq
i
nixa ut
eius appellatur
dimus.Cannæ
Poscimus:
k
genere grecorꝝ
semper pusio
intelligit:quo
ludorꝝ ab
l
docet.¶Porticibꝰ
ꝙ puer inde
Nõ es amaturꝰ
tiquissimũ in
m
tis coxæ
¶Nouissima
perpetuo igni
siccis adhuc
n
¶Tyberi.mane
Interpres legũ
Spondet
est appellata
o
¶Mane nocte
neolum.non
rea:regem
¶Propter
p
lis Achillis.
¶Lutulenta
bre.Cor.
tertium lapidem
q
aliud boni
tia:hisperi
¶Hos.s.mores
re queat
r
tra te.i.
At uos
mors est
malo id
s
quinii supbi
ceu marsya
agrestibus nõ
me enim
t
trones.i.nõ
to consulatu
Principis:ac
& potestate
u
Fabius illic
obserent:ut
¶Quod facinus
sem inquit
x
diebus in
litias ueteres
¶Aemula
sunt solis
y
tarunt.¶Et
Vestibus extensis
uete.Pli.
la translata
z
& cum Mercurio
salus dubia
storiæ lege
ꝙ fœmina
&
Cum furor
damnatq
¶Maurorꝝ
¶Quibus
ꝯ
bes atq
bis parerẽt
Cicero.li.
bris uulneribus
ꝝ
¶Dignum
læti phaleris
dum tali

FINIS

May 1931

JOANNIS TACUINUS, DE TRIDINO

JUVENALIS, Decimus Junius. Saturae. [With the commentaries of Antonius Mancinellus, Domitius Calderinus, Georgius Merula, Georgius Valla.] 24 July, 1498.

Hain *9,714; B.M.C., part V, p. 533.

Printed with roman type; the commentary in smaller type, surrounding the text. It has 218 leaves; the size of a leaf is 315 × 215 mm., and the text (without the head-lines) measures 253 × 156 mm. There are decorative initials at the beginning of each satire. On the title-page there is a woodcut, representing four figures, supposedly the four commentators. However, the same woodcut, taken over from the 1494 edition of Juvenal, was used by the printer also on the title-page of his edition of Persius's Satires.

Juvenal, the greatest of Roman satirists, was born about 60 A.D. and died at the age of eighty, that is about 140 A.D. In the absence of an authentic biography, most of the facts of his life, may be learned from various passages of his sixteen *Satires,* composed probably between 100 and 130. The son, or the foster-son of a wealthy freedman, he lived in comfortable circumstances, owning a house in his native Aquinas as well as in Rome and in Tibur. His social position, however, was rather inferior, distinctly below that of Tacitus or Pliny, who, curiously enough, do not mention him in their writings. Juvenal was a plebeian, and this helped him to become the ruthless satirist of Roman society. He consciously made himself in his poetry the representative of the old plebeian character, with its rugged simplicity and hatred of artificialities. Having lived his youth and early manhood under the reign of Domitian, he found plenty to hate. His most violent satires, though probably composed after the death of the tyrant, deal with experiences and impressions of this period as well as with memories from the time of Nero, Vespasian, and Titus. Neither was he sympathetic toward the great emperors Trajan and Hadrian. The picture which he paints of Roman life in the second half of the first century is that of loathsome corruption.

This all seems very straight and logical. Juvenal's sincerity is usually taken for granted, yet one cannot help remembering that the delight with which he painted the vices of society has appeared somewhat suspicious to more than one critic. Juvenal's friends, too, to whom he addressed his Satires, have been shown to be quite dubious people. Gaston Boissier, a French scholar, insists that Juvenal's hatred of Roman society was due to personal resentment rather than to moral indignation.

The sixteen satires have been divided into five Books: Book I comprises the first five satires; Book II consists of the famous sixth satire, and Books III, IV, and V contain three satires each.

Juvenal begins his first satire by giving some humorous reasons for writing it. "Since the world with writing is possesst, I'll versify in spite; and do my best to make as much waste-paper as the rest," he writes. His intention is, he informs us, to give a view of the vices and follies of the time. "If nature denies, indignation makes verse" (*Si natura negat, facit indignatio versum*) he exclaims. In the second satire he inveighs against the hypocrisy of the priests and philosophers, and ascribes the corruption of manners to the prevailing atheism. In the third satire Juvenal's friend Umbritius is introduced, who is just leaving the city. Umbritius complains that Rome is no place any more for a man of honor; that the worthless Greek ("Graeculus") is master over the native-born; that life has become intolerable in the crowded city, on account of the noise, danger of fire, thefts, and innumerable other annoyances. The fourth satire is political. A huge turbot was caught near Ancona and presented to Emperor Domitian, whereupon a cabinet council was summoned to decide what should be done with the fish. This meeting affords the poet a good opportunity to ridicule the servile senators. The fifth satire exposes the luxury of the nobility and the cruel treatment of the populace. While the rich man feasts, the poor man must content himself with the coarsest food. But the clients themselves are responsible for their lot; they are too servile to deserve anything else.

The sixth satire — a venomous diatribe against the whole female sex — is considered Juvenal's masterpiece. "The whole world must allow this to be the wittiest of his Satires," Dryden wrote in the argument to his translation, "and truly he had need of all his parts to maintain with so much violence so unjust a charge. I am satisfied he will bring but few over to his opinion . . ." The main theme of this satire is the lust of women. According to the poet, women are not only wanton, but inclined toward all kinds of crimes, ready to murder their husbands or children. Even the patron of the fortune-teller and the blue-stocking receive his savage denunciations. In translating the Satire, Dryden eased his conscience with the conviction that "whatever Juvenal's Roman ladies were, the English are free from all his imputations."

The seventh satire describes the difficulties of a literary career. The Roman nobility encourages the fine arts, but gives no protection to poets, historians, or orators. The tone of the eighth satire is mellower. Here Juvenal wants to prove, by the examples of Cicero, Marius and others, that true greatness consists in good action rather than in high birth. The concluding satire of Book III is an exposition of the most disgusting vice of the age.

The tenth satire is about the vanity of human wishes. The poet proves that riches, fame, power, long life, or beauty do not make us happy. All that we should strive for is health of body and mind. In the eleventh satire frugality in eating is recommended in place of the prevailing intemperance and debauchery. The last part of Book IV is a condemnation of legacy hunters. It begins with a thanksgiving sacrifice for the safety of Catullus, the poet's friend, who has just escaped from a sea-storm.

The thirteenth satire lashes various villanies of the time, among them the unreliability of friends. The fourteenth shows the consequences of bad examples which parents set their children. In the fifteenth satire, written probably while Juvenal was living in Egypt as an exile, the bloody warfare of two Oriental towns is described, exposing the cruelties to which superstition and bigotry lead mankind. The last satire is directed against the military which enjoys unwarranted privileges.

In his long *Essay on Satire,* prefixed to his translation of the first, third, sixth, tenth and sixteenth satires of Juvenal, Dryden gave an incisive criticism of the chief Roman satirists — Horace, Juvenal, and Persius. Each of these had their commentators and special pleaders. Heinsius and Dacier raised Horace above Juvenal and Persius; Scaliger and others exalted Juvenal; while Casaubon preferred Persius to both Juvenal and Horace. Dryden eliminates Persius from the contest at the beginning, and compares only Horace and Juvenal, because their merits were more equal. "I would willingly divide the palm betwixt them, upon the two heads of profit and delight," he wrote. "It must be granted, by the favourers of Juvenal, that Horace is the more copious and profitable in his instructions of human life; but, in my particular opinion, Juvenal is the more delightful author." And again: "I must confess that the delight which Horace gives me is but languishing. Where he barely grins himself, and, as Scaliger says, only shows his white teeth, he cannot provoke me to any laughter. His urbanity, that is his good manners, are to be commended but his wit is faint; and his salt, if I may dare to say so, almost insipid. Juvenal is a more vigorous and masculine wit; he gives me as much pleasure as I can bear, he fully satisfies my expectation; he treats his subject home: his spleen is raised, and he raises mine: I have the pleasure of concernment in all he says; he drives his reader along with him; and when he is at the end of his way, I willingly stop with him." The comparison continues through a dozen pages. Here is one more passage: "The meat of Horace is more nourishing; but the cookery of Juvenal more exquisite: so that granting Horace to be the more general philosopher, we cannot deny that Juvenal was the greater poet, I mean in satire. His thoughts are sharper; his indignation against vice is more vehement; his spirit has more of the commonwealth genius; he treats tyranny, and all the vices attending it, as they deserve, with the utmost rigour: and consequently, a noble soul is better pleased with a zealous vindicator of Roman liberty, than with a temporising poet, a well-mannered court-slave, and a man who is often afraid of laughing in the right place; who is ever decent, because he is naturally servile . . ."

This last sentence sounds rather humorous, considering the tone of extreme servility with which Dryden dedicated his essay to the Earl of Dorset.

The four commentators, whose explanatory notes surround the text in this volume, were Italian humanists of note. Antonio Mancinelli (1452–1506) taught at Rome and Venice, Domizio Calderino (1447–78) at Rome, Giorgio Mirlani (1434–94) at Milan and Venice, and Giorgio Valla (1430–99) at Venice.

Received in June, 1894.